Opusculum de sagis maleficis Martini Plantsch concionatoris Tubingensis.

Epigramma Henrici Bebelij Iustingensis Poetæ Laureati.

Ad Lectorem

Si forte utilium traheris dulcedine rerum
Et fidei nostrę, lector adire potes
Quæ sit sagarum, quæ sit peruersa magię
Credulitas, error, perfidięq́ lues
Quæ tam praua fides, quæ tam funesta uoluntas
Quod scelus infandum, quanta superstitio
Quis dolus artificis satanę, qui circuit orbem
Deuoret ut plebem, quę male credat iners
Hoc tibi Martinus Plantsch huius codicis author
Monstrauit graphice, sub breuitate tamen

Epistola Henrici Bebelij Iustingēsis Ad iurisconsultissimum atq; disertissimum uirumPetrum Iacobi arlunensem, prępositum Backnangensem, canonicum stutgardianum atq; ducalē senatorem.

Significauit mihi nuper, uir doctissime atq; disertissime, communis amicus Benedictus farner cōcanonicus tuus Gentilem suum Martinū plantsch Tubingensem paręcianum, Theologum & concionatorem celeberrimum pro singulari sua in te obseruantia pro q; aduersę ualetudinis tuę consolatione nō uulgari, egregium ędidisse opusculum ex concionibus quas exacto anno ad plebem habuit de Sagis illis maleficis & quas ecclesiastici modo phytonissas uocant, tibiq; nuncupatim dedicasse, quod mihi profecto summam attulit uoluptatem dum pro sua mirifica suadela', & persuadendi artificio (quo mihi inter concionatores, nostræ tempestatis principem locum mœreri uisus est) te multo ęquiori animo tam diram atq; diuturnam infirmitatem perpeti persuaserit, dum cuncta incōmoda & bona, quę mortalibus cōtingunt a solo deo (omnia ad salutem humanam referēte) fieri luculenter, & efficacissimis argumentis peruincat. Sed quis quęso? non omnia incōmoda fortunæ? omnia morborum genera? omnes cruciatus? & ipsam deniq; mortem non ęquo ferat animo? si horum omniū christum authorem nouerit. Proinde cum te patronum mirifice amando colam, tamq; tristissimam sortem tuā sim nō sine dolore miseratus, gaudeo tibi talē obtigisse medicū q; salutis tuę mētalis sollicitissimā curā gerat, atq; oi patientię q; egrotos iuuadere solet medullitus medeat;

Non autem hoc dico ut te(quem omnis honestæ eruditionis ueluti uiuū oraculū ueneror)ignorare existimē deum cōsuesse suos & electos multis afflictiōibus probare,& in sui amore cotinere,uti permultas tribulationes (ut ita loquar)primarios cœlestis curię assessores uitam cum morte cōmutasse sacræ literę testantur,non Itē dico, ut non probissime calleas tam sanctorum ꝗ ethnicorū philosophica præcepta, quibus optime īstituimur nō solum omnem intemperiem atq; iniuriam corporis atq; fortunę Verū etiam mortem,& si quid illa acerbius esse potest animo cōstantissimo perferenda esse, sed cū nemo me iudice ad omnem corporis dolorem & ad omnes cruciatus atq; incōmoda toleranda adeo sit animo composito atq; constanti(nisi forsan stoicorū illa plus feritas ꝗ humanitas(quę suam fœlicitatem etiam in tauro phalaridis pręscribit)ut si nō frangatur pœnitus, succumbat tamē uel saltem cedat ꝑturbationibus atq; doloribus, adeo ut omnes simus in aliorum malis & periculis ꝗ proprijs consolandis & curandis magis Idonei medici & multo pacatiores,quare maximi momēti putaui apud te fore,optimūq; consolamen si egregius con solādi atq; ꝑsuadendi artifex Martinus noster sanissimis te ꝑsuasionibus ad sanctam patientiam cohortetur qua te soli deo cōmendes, ut ex inenarrabili sua prouidētia & inꝑscrutabili iudicio tecum pro sua uoluntate agat si te ualitudinariū uelit patienter,&alacriter in officio persistas,quicquid uelit tu pręsto sis atq; obtemperes uti te hactenus fecisse, & inposterū si quid tale aduersę ualetudinis incideret facturum polliceor mihi cōstantissime de his hactenus Quantā autem postremo delectationē ex pręsenti opusculo accepturus sis nō facile dicam, dū adeo diserte,adeo acute,adeo prudēter Sagarū & maleficarum pestiferā superstitionē, & execrandā perfidiā detestetur, confutet, & confringat, ut de incorrupta fi-

de cunctis mortalibus tenenda non debeat non censeri meritissimus uti diligens lector luce clarius perspecturus est. Vale, & me, hercinigenasq; tuos Martinũ & Benedictum uiros doctissimos atq; itegerrimos tibiq; deditissimos cõmendatos habere uelis. Ex Tubinga octauo Idus Iunias anno. M.D.VI.

Ad dei laudem eruditionemq̧ simpliciū, multipliciter ob maleficia incātatorū atq̧ phytonissarū cæteraq̧ incidentia damna errantiū, contra deū murmurantiū, ac sæpe in ꝑditionē animarū suarū agentium. Necnō in periculosas dubitationes incidentium. Sequūtur quędā catholicę ueritates ex scriptura sācta, determinatōibus sāctę matris ecclesię eiusdemq̧ doctorū beatorū, deo fauēte collectę atq̧ in ecclesia parrochiali sancti Georgij Tubingæ per plebanum eiusdē publice populo insinuatę. Anno dñi. M.D.V. quo malefica quędam illic ignis supplicio fuit consumpta.

P Rima ueritas catholica hęc ē. Nulla creatura potest alteri lęsionem inferre, seu quemcūq̧ effectum positiuū adextra ꝓducere, nisi deo uolente, cōsentiente, potestatē ad hoc dante, atq̧ cooperante. Hęc ueritas, multis minus in lege dñi peritis uidetur absurda, ideo probationibus aptis muniēda est, & primo ꝓbanda ratiōe, deinde sentētiis scripturarꝫ. ratio sic formaī. nulla creatura potest aliā lędere seu effectū positiuū adextra ꝓducere, absq̧ illius consensu, uolūtate, accepta potestate, atq̧ coopatiōe, a quo dependet ipsa talis creatura agens, in esse, ꝑmanere & opatione sua, & ita dependet q̧ absq̧ eo nō potest permanere, neq̧ absq̧ eius cooperatione agere. Sed omnis creatura in esse & permanere atq̧ operatiōe sua sic dependet a deo, igitur absq̧ dei uolūtate, cōsensu, potestate accepta atq̧ coopatiōe, nulla creatura potest aliā lędere seu effectū positiuū adextra ꝓducere. Cōsequētia formalis est in Cesare. Maior nota est. Nam si is, a quo oīs creatura agēs depēdet in esse & ꝑmanere atq̧ operatione sua, talē operationē creaturę simpliciter & efficaciter nollet, tunc si agens liberū esset, sicut deus est, ulꝰ a conseruatione creaturę sic agentis abstineret, ꝙ facto

in nihilũ tenderet, uel uim agendi illius creaturæ suspẽ
deret, aut ad coagendum nõ concurreret. Quẽadmodũ
uis agendi ignis ꝓpter non cooperationẽ dei suspensa
fuit, erga tres pueros a Nabuchodonosor in ignẽ pro-
iectos, & ita suspensa ꝙ nec in corpora aut uestes eorũ
egit. Minorẽ uero p̄dictę argumẽtatiõis, Philosophi gẽ
tiles in lumine naturali uiuẽtes cõfessi sunt, Nã Aristo.
inquit. xij. methaphisicę A deo dependet cœlum & tota
natura. Et author de causis ait. Nulla causa secunda po-
test agere, nisi coagẽte prima idest deo. Dñm em̃ deum
quẽ christiani, ob uniuersalẽ suam potestatẽ quã habet
& in substantiã & actionẽ oĩm creaturarũ uocãt omni-
potentẽ. Ipsi philosophi uocarũt causam primã, a qua di
cebant oriri quod causę secũdę essent & q̃t causæ essent
Saluator deniꝗ noster idem ꝓprio confirmauit ore. Io-
annis. ij. Cũ increparetur a iudęis quia sabbato curasset
hominẽ. respõdit, pater meus usꝗ modo op̄atur, & ego
operor illud, q. d. patrẽ cœli non rep̄henditis, qui a pri-
cipio creatiõis mundi usꝗ modo, omni tp̄e, & sic etiã in
sabbato, op̄atur cõseruãdo creaturas suas in esse & acti-
uitate sua, & cooperãdo actiõibus earꝝ. Ipso em̃ agente
uolente, cõseruante & cooperãte mulieres pariũt, sege-
tes crescunt, flumina fluunt, etiam in sabbato. Cur ergo
me accusatis si & ego operor salutem homĩs in sabbato
ex q̃ pater idem mecũ operatur. Et Ioannis. xv. Cũ dixis-
set ad discipulos Ego sum uitis, uos palmites, q̃si ut glo.
inquit interli. Ego totum uobis dans, nihil a uobis reci-
piens, cõclusit. Sine me nihil potestis facere. ubi glo. sup
uerbo, nihil. inquit. Nec parum, q̃i. di. Sicut palmes a se
nihil ꝓducit, sed omnẽ fertilitatẽ a uite recipit. Ita uos
nihil a uobis solis agetis, sed uim agendi a me recipietis
& hoc ratione deitatis meę. Nam hanc gratiam palmiti
bus non daret nisi etiã deus esset, inquit glo. Et licet na-
turales philosophi, hãc ueritatẽ clare p̄dicauerint, tamẽ

ad plus eam firmandã. Adducẽdę sunt scripturę sanctę, quæ negari nõ possunt, & precipue de lesionibus & afflictionibus, hominibus accidentibus. Primo igitur occurrit uerbum domini per os sanctissimi ꝓphetę Isaię, dictum capitulo eiusdẽ. xlv. ita sonãs. Ego dominus & nõ est alter, formans lucẽ & creans tenebras, faciẽs pacem & creans malum, ego dominus faciens oĩa hęc, pensa uerba o lector, considera, creans tenebras, creans malum, ubi secundũ glo. interli. ꝑ tenebras aduersitas, sicut per lucem ꝓsperitas, per malũ, malũ penę intelligit̃, non culpę secũdũ Gregoriũ in glo. quia malũ culpę pro formali nihil est, quia carentia cicũstantię debitę in esse. Carentia rei debitę in esse, nihil est, q̃d nihil est, nullam causam habet effectiuã. Nec deum nec creaturã Vel ut alteri glossę placet marginali. per malũ intelligit̃ bellũ & afflictio, ratione cuius & dicit̃ Matthęi. vi. sufficit diei malitia sua. cõcordat his uerbis alia scriptura Ecclẽiastici. xi dicens, bona & mala, mors & uita, pauꝑtas & honestas a deo sunt, ubi secundũ glo. per bona ꝓspera, & per mala aduersa, per uitam salus, per mortẽ interitus carnis intelligenda sunt. Idem pręedicauit sanctus ꝓpheta Amos capitulo. iij. Filiis israel. Si erit malũ in ciuitate, q̃d dominus nõ fecerit, ubi secundũ oẽs, si pro non exponitur. Cõsonat Micheas capitulo. i. Descẽdit malum a domino in portam Ierusalẽ Vnde ut in nullo dubitaremus, oẽs afflictiões nostras a deo esse, ipse dominus id ipsum nos cõfiteri docuit. iij. Regũ. ix. Vbi dominus ad Salomonẽ inquit. Si auersio est auerteritis uos & filij uñi, nõ sequẽtes me, nec custodiẽtes mandata mea; sed abieritis, auferam Israel de superficie terræ q̃ dedi eis, & templum q̃d sanctificaui nomini meo proijciã a cõspectu meo, eritq; Israel in ꝓuerbiũ & parabolam cunctis ppl'is & domus hęc erit in exemplũ. Oĩs q transierit per eam stupebit & dicet, quare fecit domĩus sic terrę huic & domui huic

Et respondebunt quia dereliquerũt deum suum. Icciro induxit dominus sup eos omne malum hoc, pensent uerba hęc sane, & clare patet ꝙ mentis domini est, ut cõfiteamur oẽs afflictiones a deo tanq̃ prima causa effluere, pluribus alijs scripturis ut est illa. Ioannis primo, Oĩa per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, Illis & alijs pluribus omissis, transeamus hinc ad doctores sanctos, quorũ lingua & manus fuerunt calamus scribę spiritussancti uelociter scribentis. Accedat Augustinus diuus, & quid de nostra ueritate sentiat, eructet Quid plura, lege eundem in li. tertio de trinitate. iij. & .iiij. capitulis & inuenies, clare confessionẽ p̃dictę ueritatis. Sic em̃ ait. Voluntas dei est prima & summa causa omniũ corporaliũ specierũ atq̃ motionũ, nihil em̃ fit uisibiliter in ista totius creaturę amplissima & im̃ensa republica, q̃d nõ de interiori inuisibili atq̃ intelligibili aula summi imperatoris, aut iubeat, aut pmittat secundũ ineffabilẽ iusticiam p̃mioꝝ atq̃ penarũ. Hęc uerba sũt eius. Et si forte cõturbat te, uerbũ pmittat, quasi nõ uelit, aut nõ cõsẽtiat deus fieri aliq̃, sed pmittat, licet ea fieri uideat & ita pmittat ꝙ ea fieri nolit. Sicut in turri residens, uidẽs deorsum interra aliquos contendere & unũ alterũ occidere, uidet occisionẽ & pmittit eã licet displiceat sibi & eã nolit ad q̃ etiã non coopatur. Si sic imaginaris de deo q̃i nolit & nõ actum positiuũ habeat erga homicidiũ iniustum; ex parte hoĩs occidẽtis, sed absolute pmittat & ita pmittat ꝙ non coopetur, nec faciẽdi facultatẽ det? q̃ro si sciens deus pmittit homicidiũ iniustum ex parte homĩs Aut pmittit uolens, uel nolẽs. Nõ secũdum q̃a uolũtati eius quis resistit? Ergo primũ dicendũ erit. Si aũt uolẽs pmittit, ergo uult fieri, si uult ergo facit, q̃a quecũq̃ uoluit ut fierent fecit. Pręterea si nolens pmitteret fieri mala deus, ergo posset tristari Nam quicũq̃ est talis naturę ꝙ aliquid potest fieri eo nolente, Ille tristatur, uel potest

tristari. Tristicia enim nascitur, cum aliquid nobis nolẽ-tibus accidit. Deus aũt nec tristatur nec potest tristari, si em̃ tristaretur uel posset in sua diuinitate turbari, nõ es-set deus, ergo nihil eo nolẽte simpliciter. Cur aũt sancti doctores solum cõcedant, dicantq; de deo, ꝙ ea quę bo-na sunt, faciat. Non aũt dicunt ꝙ ea q̃ mala sunt, & male fiunt, deus faciat, sed ea fieri permittat? Dico ꝙ non ob aliam causam, nisi sicut de deo concedunt sancti ꝙ uelit omnes hoĩes saluos fieri. Non aũt dicunt de deo ꝙ uelit homĩes damnari, sed ꝑmittit bene eos hęc agere, unde damnationẽ incidũt. Hoc em̃ ideo est, ꝓut habet̃ in prio li. sentẽtiaꝝ Occam, di. xlvi. q. i. ĩ fine. q̄a em̃ deus pręter hoc ꝙ hoĩbus dedit añcedentia, q̄bus pñt bene oꝑari & cõsequi salutẽ & paratus est eis ad hmõi cooꝑari, dedit & p̄ceptũ & cõsiliũ agendi ea q̄bus salus adipiscit̃. Non aũt dedit hoĩbus p̄ceptũ uel consiliũ agendi mala, q̄bus damnatio cõparat̃, imo ea interdixit, licet dederit homi-nibus libertatẽ uolũtatis unde possint male agere, & pa-ratus sit cooperari ad actus omnes malos interiores & illicitos uoluntatis, nõ tamẽ semper uult cooꝑari ad ex-ecutionẽ exteriorẽ huius malę uolũtatis ĩterioris. Ideo ratione pręcepti & cõsilij dati ad bene agendum dicitur uelle omnes homines uiatores saluari, ratiõe uero pro-hibitionis malarum actionũ interiorum & exteriorum quibus demeritorie sequitur damnatio, non dicitur hu-iusmodi malas actiones uelle sed permitterre. Ita consi-militer dico, ꝙ ex eo quia deus prohibuit mala facere, præcepit autem & consuluit bene operari. Ideo sancti concedunt de deo ꝙ faciat ea quæ bona sunt, permit-tat uero ea quę mala sunt. Et hoc propter simplices qui forte cum audirent sanctos asserere. deum facere ho-micidium, adulteri actum & cætera. putarent, deum ista præcepisse mala uel consuluisse, sicut cum audi-unt dicere, deum fecisse nobiscum bona opera quęcũq;

sint. Iudicant huiusmodi(sicut uerũ est)bona opera deũ prǫcepisse uel cõsuluisse. Tota ergo causa cur dicimus deum bona agere & ea q̃ male fiũt permittere,est, quia ad bene agẽdũ dedit p̃ceptũ & cõsilium. Ad male uero agẽdum dedit inhibitionẽ, q̃uis ad utrũq; cooperetur. Et utiq; uolens & nõ uolens.Insup qui ratiõe pmissionis diuinǫ,puerilẽ supradictã hanc habent imaginatiõem. Attendant similia quǫ ,pdeclaratiõe ueritatis nrǫ assignat Augustinus ubi supra in. iij. capitulo de re publica. Inq̃ si esset rector,sine quo nulla de re hac publica aliqd agere posset incõsulto illo rectore Vtiq; ille rector esset prima & summa causa omniũ quǫ in ea fierent.Ita uult esse in ,pposito de domino deo erga omnes creaturas mũdi. Prætereaidẽ Augustinus cũ contra manicheos in libro de moribus eorundẽ disputaret,inter cætera dicit sic. In ecclesia catholica dicitur omniũ naturarũ atq; substãtiarum esse authorẽ deum,ubi nomine naturǫ & substãtiǫ intelligit,oĩe quod est. Nam añ illa uerba p̃posuit, ipa natura nihil aliud.est q̃ id q̃d intelligit̃ in suo genere aliquid esse.Idem asserit.xij.de ciui.dei.capitulo.v.di.Deus summe est & ab illo facta est oĩs essentia q̃ nõ summe est. Constat aũt q; omnis effectus positiuus est quǫdam essentia non autẽ est summa,ergo nõ potest esse nisi a deo factus esset.Ad idẽ est,S, Augustinus in de casu dyaboli capitulo.xix,'discipulo dicens.Quid mirũ si dicimus deũ facere singulas actiones,quǫ fiũt mala uolũtate,cũ eum fateamur facere singulas substantias quǫ fiunt iniusta uoluntate.& in honesta actione.Et postea in capitulo ultimo.A deo necesse est esse omne q̃d aliquid est,Et cũ loqueretur de iniusto uelle dyaboli,quo peccauit dicit,uelle autẽ secundũ essentiã bonum est, sed q̃m non iuste factum est,est malũ,& tamen a deo fuit, a quo est oĩe quod aliquid est,Idem etiam in de cõcordia prescientiǫ cum libero arbitrio ait. Omnis quippe qualitas

& omnis actio & quicquid aliquam habet essentiam a deo est, a quo est omnis iusticia, & nulla iniusticia, facit igitur deus omnia quę iusta uel iniusta uoluntate fiunt idest bona opera & mala, in bonis quidem facit ꝙ sunt & ꝙ bona sunt. In malis uero facit quod sunt, sed nō ꝗd mala sunt. Sequit̃, Iusticia enim aliquid est, iniusticia uero nihil. Et post pauca subdit. Et sicut deus nō facit iniusticiam, ita non facit aliquid iniustum esse, qui tamen facit omẽs actiones, omnis motus, quia ipse facit res, a quibus & ex quibus & per quas & in quibus fiunt, & nulla res habet ullam potestatem uolendi aut faciẽdi nisi illo dante. Ipsum quoq; uelle, quod aliqñ iustum est, aliquãdo iniustum, a deo est. Non esse uero rectũ, nō est quid, nec a deo. Ad idem Isidorus libro primo soliloquiorum ita di. Scito autẽ homo nullũ tibi aduersari potuisse, nisi deus potestatẽ dedisset. Nec habuisset in te potestatem aduersarius nisi ꝑmitteret deus, uniuersa quæ tibi accidunt, absq; dei non ueniũt uoluntate, Iniquoꝝ potestas super te ex dei datur licentia, qui tibi aduersant̃ dei conciliũ faciunt. &c, Cui aũt hij doctores nō sufficiant aut q ampliorẽ nostrę ueritatis quęrit confirmationẽ, uideat doctores in primo sententiarũ di. lxij. & sequentibus. Et in secundo sentẽtiaꝝ di. xxxvij. Vnde magnus ille & uenerabilis inceptor Guilhelmus occã in suo primo di. lxv ita ait. Dico ꝙ uoluntas dei sicut & essentia dei est causa ĩmediata omniũ earũ quę fiunt, ponẽs ad hoc pulchrã ꝑsuasionẽ. Quẽ imitatur uenerabilis & ꝑcellens Gabriel biel ꝑpositus olim sancti petri in silua, in suo secundo di. xxxvij. di. Summa dei creatrix essentia, omniũ effectuũ positiuorũ est causa ĩmediata. Concordat etiã Scotus in primo di. ij. q. ij. ubi primã causam probat esse infinitam quia ipsa est primum efficiens omniũ Et di. xlij. q. unica ubi loquens, de omipotentia dei dicit. Hoc modo est potentia actiua primi efficiẽtis omĩpotẽtia, ꝓut extẽdit se,

ad omnē effectum in ratione causę proximę uel remo=tę. Sic tenet & sentit expresse sanctus Bonauētura in se=cundo di.xxxviij.q.i.dicens. Hęc positio quę dicit omnē actionem esse a deo secundū q̄d actio est absq; omni am biguitate tenēda est, & ante hæc uerba p̄posuit notabi=le dictum tale, Quia enim deus est causa primordialissi=ma. ideo est influentię maxīe in causas secūdas, & adeo magnę influentię ut nec modicum seu quantumcumq; parum (dum tamen aliquo modo sit ens) procedat ab ali qua causa creata, nisi cooperante diuina potentia. Idem sentit Simon de cassia. Nam in primo libro de doctrina euangelica cū de uoluntate beneplaciti loqueret̄, ita ait Ipsa est oīm factorū & fiendorū prima sūma, & rationa=bilis, & ineffabilis & iustissima causa, uisibiliū & inuisibi liū, p̄iussionē & p̄missionē, cui uoluntati nemo resistere potest. Et allegat ad hoc exemplū scripturę di. Sępe Io=seph (dū scilicet iā erat factus p̄positus totius ęgipti frēs suos ad eū uenietes, de sua uenditiōe ne timerēt, cōfor=tans ait. Nolite timere, nō dei possumus resistere uolun tati. Et post pauca subdit. Et si peccat̄ cōtra uolūtatē dei, nō t̄n resistit̄ uolūtati dei. Nō em̄ peccaret̄ nisi p̄mitteret nō p̄mitteret, nisi uellet. Nec uellet, nisi q̄d iustū est Aliq̄ em̄ iustissima & occultissima causa est apud ip̄m, nō per scrutabilis a nobis, qua ipsa peccata fieri oīno permittit. Cuius uoluntatis causa nullo modo quęrēda est, cū ipa sit omniū causa, infinitę cōprehensiōis, quę a finita rōne creaturę cōprehendēda nō est. Et t̄m scire p̄ hac suffici=at, q̄ iniq̄tas apud deū nō est, nec iniquitatē sed iustissi=me uult quę uult, &c̄. hęc ille. Plures alij possent adduci doctores solennes, sed hij p̄ gn̄ali p̄dictę catholicę ueri=tatis munitiōe sufficiāt. Vt aūt ueritas eius clarius inno tescat, descendāus ad specialia, & inq̄ramus si ne scriptu ris authoribusq; firmissimis p̄bari possit. Nullū hoīem, nullū diabolū, nullū elemētū, posse lęsionē homī iferre,

nisi cōsentiente deo, & potestatē adhoc dante, In primis igitur accedat ꝓ illa ueritate factum diaboli totius hone statis inimici, ab eodē contra Iob practicatū. Cū em̄ leo iste crudelissimus uideret Iob sanctū & simplicē esse ui- rū, uoluntatē q̄dē malā eum lędendi & ꝑ lęsionē ad impa cientiā habuit, sed illam ad opus exterius deducere nō potuit, nisi ad hoc petita & obtenta licentia atq; cōsensu creatoris. Vnde Iob. i. dixit. Nunquid Iob frustra timet deum. Nōne tu uallasti eum & domū eius, &c. q. d. tan- ta bona illi dedisti, ꝓpterea te colit. Sed mitte manū tuā & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Quid est mitte manū tuā? da mihi potestatē, coope- rare mecum, ut possim bona eius inuadere. Cui dn̄s. Ec- ce om̄ia quę habet in manu tua sunt, tantum in eum ne extendas manū tuā. Quid est ecce oīa quę habet in ma- nu tua sunt? do potestatē, paratus sum coopari ut inua- das tꝑalia eius bona, sed nō substantiā eius. Quid secu- tum est? Habito hoc consensu, hac q̊q; potestate a deo, egressus est satan induxit sabeos, q abstulerunt boues & asinos occiderūtq; custodes. Eodē die eius instinctu uenerūt caldęi, tollētes oēs camelos, custodibus occisis Eodē tp̄e satan deduxit ignem de cœlo qui cōsumpsit om̄es oues atq; custodes. Simulq; suscitauit uentum de regiōe deserti q excussit q̄ttuor colūnas domus, inqua filij & filię Iob celebrabāt cōuiuiū, un̄ domus corruēs oc cidit oēs filios & filias eius. Si cōsideras lęsionem maxi- mā a satana Iob illatam, considera & cuius consensu & potestate data facta sit, & inuenies deum primam illius lęsionis fuisse causam. Non aliter sicut accepta licentia & potestate a deo inuasit temporalia. Ita ab eodem pri- us accepto fauore & facultate inuasit corpus eius, per- cutiēdo ipsum. Ita ut sanitas non esset in eo a planta pe- dis usque ad uerticem. Ad idem pro confirmatione il- lius adduco regiū prophetam, psalmo centesimo tertio

ita dicentē. Catuli leonū rugientes ut rapiant & quęrāt a deo escam sibi. Leo secūdū Augustinū est diabolus superior Catuli leonū sunt inferiores diaboli. Esca horum est tentare, ledere homines in persona, rebus &c. Hanc escam quęrunt a deo. Quomodo? quia nec tentari nec ledi quisq̄ potest a diabolo, nisi accepta ad hoc potestate a deo. Euidens ad hoc habemus testimoniū per dn̄m & sanctū eius Mat. viij. Cum em̄ uenisset in terrā gerasenorū, occurrerūt sibi duo possessi homines, seui nimis. Dęmones aūt possidentes eos rogabant dn̄m dicentes, Si eijcis nos hinc mitte nos in porcos. Quibus dixit, ite. Et illi exeuntes abierūt in porcos & p̄cipitauerunt eas in mare. Ecce ut uerbis Gregorij utar li. ij. mora. capit̄lo ix. Dęmones per seipsos in porcos ire nō potuerūt, quō ergo inuadere possent hominē uel bona eius, nisi prius accepta cōditoris potestate. Et sicut est de dęmōibus q̄ nihil possunt efficere contra homīes uel alias creaturas nisi accepto & habito consensu dei & eius adepta potestate Ita est de homībus p̄uersis. quantācūq̄ intus malā habeant uoluntatē, executionē eius habere nō possunt nisi deo cōsentiente, potestatē dante & eisdem coop̄ante. Clare hoc constat in iniustissima occisione saluatoris nostri. Dic mihi si potes, si ne homo alius crudelius nephas unq̄ cōmiserit, q̄ iudęi dn̄m occidēdo, quia tamē iudęi dn̄m sic occidere nō potuerūt, nisi deo cōsentiēte & coop̄ante illi occisioni. Ideo dn̄s ipse talem coop̄ationem & uoluntatē atq̄ cōsensum in suam passionē certe sciens, eandē dixit sibi a patre datam, ait em̄ petro. Calicem quē dedit mihi pater, nō uis ut bibam illum? pensa uerba & inuenies q̄ passio dn̄i, a iudęis fuit, & a deo, sed differen̄t, quia deus illā occisionē fecit coop̄ando iudęis, fecit inq̄ iuste & bona uolūtate, Iudęi eandem iniuste & p̄uersa uolūtate. Ideo eis imputāt occisio illa in penā. non deo, pręterea cum dn̄s ante pilatū staret, pilatus q̄q̄

de sua potestate sup eum se iactaret di. Nescis quia potē stat ē habeo dimittere te & crucifigere, respondit declarando. ꝙ nullā haberet in eum potestatē, nisi eam a deo accepisset, dixit eñ. Non haberes aduersus me ullā potestatem, nisi tibi esset datum desuper. Ecce si ad tam iniquū opus Pilatus nō potuit ꝓgredi, nisi accepta prius potestate a deo, quomodo homo aliqs te lędet, nisi deo uolente & potestatē dante, potestatē dat cum lędentē & uim lędendi cōseruat, & ad lęsionē coopari paratus est. Vultis habere testimoniū scripturę de elemētis, ꝙ nihil possunt contra hominē nisi deo uolēte. Vide ps. xiiij. in quo dicitur. Ignis grando nix glacies spiritus ꝓcellarū quę faciūt uerbum eius. Notanter dicit ꝓpheta quę faciunt uerbū eius scilicet dei. Ne quis putet ꝙ agant hæc fortuitu uel ex causis tantū corporalibus uel spiritualibus pręter uoluntatē dei ut placet Augustino. iij. de tri. capitulo. ix. Pro firmiori huius ueritatis credulitate adduco doctores sanctos. Et inprimis Augustinū in prima quinquagena. ps. xxvi. in uerbo. Si exurgat in me bellū ita dicentē. Quid mihi facit bellum? potest mihi auferre spem meam? potest mihi auferre ꝗd dat omipotens Sicut nō uincitur qui dat sic nec aufertur quod dat. Si auferri potest datum, eo scilicet nolente, uincitur dator Ergo nec ipsa quę tēporaliter accipimus auferre nobis quisquis potest, nisi solus ille qui dedit. Spiritualia quæ donat nō aufert, nisi tu dimiseris. Carnalia uero & temporalia, ipse aufert, quia & si quisquis alius aufert, ipso donāte potestatē aufert Et ps. xxix. in expositiōe tituli ait idem. Vnusquisqꝫ malus apud se habet uoluntatē nocendi. ut aūt possit nocere, nō habet potestatē, & inducit ad hoc exemplum de saluatore nr̄o & de iusto Iob Et psalmo. xxxij. in uerbo qm̄ ipse dixit & facta sunt, dicit. Cupiditatē nocendi potest homo habere ꝓpriam, potestatē aūt si ille nō dat, non habet, nō est enim potestas, ni

ſi a deo. Idem pſalmo. xxxiiij. in uerbo confundantur & reuereātur, cum de diabolo & Iob loqueretur, ait, inuidere potuit ſācto, nūqd nocere potuit? nunqd uoluit aliqd tollere, nūqd uel unguem, nunqd uel capillū ledere niſi deo diceret, mitte manū tuā. Quid eſt mitte manum tuā? do poteſtatem. Et accepit, ille tentauit, ille tentatus eſt. Et pſalmo. lxi. in uerbo, ſemel locutus eſt deus, ait, diabolo poteſtas quędam eſt, plęrumq; tamē uult nocere, & non poteſt, quia poteſtas illa ſub poteſtate eſt. Nam ſi tantum poſſet nocere diabolus quātum uult, aliquis iuſtorum remaneret? aut aliquis fideliū eſſet interra? &c. Eandē mentē exponit inpluribus alijs locis in libro quīquagenarū, ſed tranſeo hinc ad beatū Gregoriū q. ij. li. mora. capitulo. ix. de diabolo loquēs, ait ita ualde notandū eſt quia feriēdi uires nec ipſe ſcilicet diabolus, ſibi tribuit q contra authorē oīm ſingulariter ſupbit. Scit nāq; diabolus, quia quodlibet agere ex ſemetipſo nō ſufficit quia nec per ſe ipſum in eo φ ſpiritus eſt exiſtit. Et capitulo. x. Sciendū uero eſt inqt, quia ſatanę uolūtas ſemp iniqua eſt, ſed nūq ptās iniuſta, q a ſe ipo uolūtatē habet ſed a dño ptātē Qd' em ipe facere inique appetit hoc deus fieri non niſi iuſte pmittit. Vñ bñ in libris Regū. i. ſcilicet regū. xviij. dicit. Spūs dnī malus irruebat ī ſaul, Ecce unus idēq; ſpūs, & dnī appellat & malus. Dnī uidelicet p licentiā poteſtatis iuſtę. Malus aūt p deſideriū uolūtatis iniuſtę. Eādē ſentētiā exprimit Chriſoſtomus, ſermone. iij. ſup Iob, q̄ ppter breuitatē omitto. Ecce φ clare habes, ſanctos doctores tenere diabolū nihil hoi poſſe auferre, nec lędere eū in quocūq;, niſi accepta ad hoc poteſtate a deo. Et ſicut eſt de diabolo, ita de homibus malis eius mēbris. Poteſtatē aūt dat deus cū in lęſionē conſentit, & ad lęſionē coopari paratus eſt. Sed diceres, ſi deus dat poteſtatē & coopat ad homicidiū iniuſtū hois iuſti. ad incendiū totius ciuitatis, & cętera mala q̄ fiunt uel p

diabolũ uel per hoĩes. & nisi potestatẽ daret & cooparetur illis, nõ possent hęc damna atq mala fieri. Tũc deus eẽt causa homicidij iiusti, incẽdij, adulterij, ablatõis uxoris pximi, & cæterorũ malorũ. Et ita causa maximorum peccatorũ, quod uidet absurdũ. Respondeo, q in peccato actuali cõmissionis duo sunt inspiciẽda. Vnũ est materiale ĩ peccato & hoc est actus positiuus realit existẽs ut est occisio manualis, quę oculis uidet, sic copula carnalis sensibiliter adimpleta, sic ablatio rerũ corporaliter facta, & sic de alijs. Secundũ est formale, in peccato, & dicitur defectus circũstantię, debitę inesse actui cõmisso, ut in adulterio, primũ est coitus qui fit, secũdũ, defectus circumstantię debitę inesse actui huic ut non sit malus. Ille defectus est q carnis cõmixtionẽ habet cum nõ sua, Si enim ille defectus scilicet cũ non sua, nõ esset, copula hec peccatũ non esset. Dico ergo q quicqd est positiuũ & materiale in peccato, hoc coopatiue est a deo, qui cooperatur tanq causa efficiẽs homini & utiq uolens cooperatur. Sed formale in peccato idest defectus circumstantiarũ debitarũ inesse, nõ est a deo, quia nihil est, sicut defectus luminis nihil est, quod autẽ nihil est, a deo esse non potest. Cũ igitur ratione illius defectus, actus positiuus dicit peccatũ, & ille defectus nõ est a deo, ideo nõ põt cõcedi, q deus faciat pctm̃ uel sit causa pcti, licet faciat actũ illũ q est peccatũ, peccatũ qdẽ ipsi homĩ, non deo Et ideo homini est peccatũ, qa hõ facit illũ actũ cũ defectu circũstãtię unius uel pluriũ, cũ qua ul qbus circũstãtijs obligatus est facere actũ talẽ, & iõ facit talẽ actũ male Nõ sic ẽ de deo, qa licet faciat talẽ actũ, tñ ipe deus nõ obligatus ẽ ad faciẽdũ talẽ actũ cũ istis circũstãtijs ad qs hõ obligatus ẽ, iõ deus nõ peccat sicut hõ, qũuis illũ actũ faciat, quem hõ facit. Vñ si esset sẽsus apd oẽs, deus facit peccatũ .i. facit actũ q ẽ peccatũ, nõ deo qdẽ pctm̃ sed hoĩ cõcedẽdũ esset; sed qa simplices p illã, deus facit peccatũ

intelligũt illam, deus peccat uel facit aliquid, cũ tali defectu cum quo nõ deberet facere, ideo nõ est cõcedenda. Et sicut dico de illa, ita dici posset de consili, ut deus facit malum. Si intelligeret ab omibus, q deus facit actũ positiuũ qui est malus denoiatiue, non deo sed homini malus posset cõcedi, sed quia simplices, tñ hanc, deus facit malum audiũt, intelligũt illam Deus facit aliqd tali mõ quo facere nõ deberet, ideo non est cõcedenda, breuius alij dicunt, peccatũ deus facit, sed deus nõ facit peccatũ, sicut Biridanus papam pcussit, sed nõ pcussit papam, qa quãdo termius cognotatiuus sequit uerbũ facit, tũc denotat factionẽ significati formalis termini sequentis adiacere materiali termio pcedentis, unde cũ dicitur deus facit peccatũ ualet tm̃ Deus facit illud formaliter, quo aliquis dicitur peccator, qd nõ est uerũ, quia formale illud est priuatio circũstãtiarũ debitarũ in esse actui, quę priuatio nihil est. Secus autẽ cum dicitur deus peccatũ facit, ualet tantum, deus facit actũ qui est peccatũ, & hoc uerum est. Et ad istam mentem tendit. S. Augustinus ps lxi. prope finem di. Si quis hominẽ occidat innocentem iuste facit an inique? Inique sane. Quare hoc pmittit deus? post pauca dicit, illud dico, qa & inique fecit homo qui occidit innocentẽ, & nõ fierent nisi pmiserit deus, & quis inique fecerit ille, non tñ hoc inique pmisit deus. Et postea exemplificat de dño nostro, qui nullum habebat peccatum, occisus est a peccatoribus, traditus est a peccatoribus, illi uoluerũt, deus pmisit, deus aũt nõ pmisisset nisi iustũ esset. Quod uoluit impius imputat iniqtati impij, qd pmissus est imputatur potestati dei. Ille ergo inique uoluit, deus iuste pmisit. Ecce quod iniuste factum est a iudęis & peccatoribus contra dñm, ad hoc iuste coopatus est deus. Iudęi peccarũt, ppter iniquã uolũtatem. Deus laudat, quia p nobis oibus bona uolũtate tradidit illũ. Opus erat ut idem Augustinus ait sanguie

iusti ad deletionē peccatorū. Opus erat exemplo pacien=
tię, humilitatis, signo crucis cōtra diabolum, ideo pater
iuste eandem ꝑmisit, hoc est iuste cooperatus est iudęis,
iniuste occidētibus, licet iniustam occisionē prius in le=
ge interdixerit, Vnde sicut supra dictū est ne credatᷣ illā
iniustam domini occisionē ex parte iudęorū, iudęis de=
um pręcepisse, nō dicitur deus eam fecisse sed ꝑmisisse
Ex hac uerietate ut cumq; scripturis & authoritatibus
ꝓbata sequūtur aliqua documēta moralia cuilibet chri
stiano bene notāda. Primū, christiāo solus deus timen=
dus est, non homo, non dęmon, nō phytonissa, nō incan
tator, nō deniq; ulla alia creatura, patet, quia nulla crea=
tura potest hominē lędere, nisi deo uolente, potestatem
dante & cooperante, habeat dęmon, homo malus, quā=
tamcūq; lędendi malā uoluntatē, nō potest eam exequi
nisi deus cooperetᷣ & potestatē det, si nō uult cooperari
deus, totus mundus nō posset capillum de capite tolle=
re. Si autē deus uult lęsionē hominis, fiet & sequetur Est
ergo de qualibet creatura in sua actione respectu dei, si
cut de apro respectu detinentis Sicut em̄ aper fortiter li
gatus, detentusq; catena a forti hoīe nō timēdus est, sed
solus detentor, ne relaxet catenā, ita solus deus timen=
dus, qui nisi potestatem cōcedat creaturę, ipsa nihil cō
tra nos potest efficere. Hinc Augustinus p̄s. xxxvi. ubi
supra. Ergo quia nemo potest auferre q̄d dat deus, non
timeamus nisi deū. Quicq̄d aliud fremuerit, quicq̄d ali=
ud suꝑbierit aduersus nos, non timeat cor nostrū. Et p̄s.
xxxij. Ab ipso cōmoueantᷣ omnes inhabitantes terram
fera seuit, dęum time, serpens insidiatur, deū time, ho=
mo te odit, deum time, diabolus te īpugnat, deum time,
Tota em̄ creatura sub illo est quā iuberis timere. Et p̄s.
lvi. in fine, Nec hoīem nec diabolum timeamus, nec ille
nec ille facit aliq̄d, nisi quantū permittitᷣ, permitti autē
nihil potest, nisi quod nobis prodest Cōcordat Grego=

rius li.ij.mora.c.x.de diabolo em̄ loquens ait,formidari nō debet qui nihil nisi permissus ualet. Sola ergo uis illa timenda est, q̄ cum hostē seuire pmiserit ei ad usum iusti iudicij & iniusta illius uolūtas seruit. Hanc doctrinā in cōsolationē dedit dn̄s discipulis cū eos ad incredulis p̄dicandū misit di. Nolite timere eos qui corpus occidunt, animā autē non possunt occidere, sed potius eum timete qui pōt & animā & corpus perdere in gehēnam Et declarat p exemplū.Nonne duo passeres asse ueneūt & unus ex illis nō cadet super terrā sine prē uestro.q.d. si passeres non uendūtur nec moriuntur sine scitu & cooperatiōe patris, multo fortius,nihil accidet uobis , nisi ex cōsensu & cooperatiōe p̄ris,uos utiq3 diligētis,igitur solus pater timēdus est uobis. Et subdit uestri aūt capilli capitis om̄es numerati sūt.q.d.Ex quo minime particulę ur̄ę in cognitiōe & cōseruatiōe patris sunt quę em̄ numerantur cognoscūtur & conseruātur,ut in pecunia constat,nihil ergo timendū est de massa corporis uestri hinc cōcludit.Nolite ergo timere,multis passeribus meliores estis uos,Hęc omnia Matthęi.x. Secundū documētū,Omnē lęsionem quā christianus patitur, asscribet primū iustę uoluntati dei,Ratio patet ex dictis, quia dei uoluntas est prima causa oīm effectuū positiuoꝝ.Dicit aūt author de causis ꝙ prima causa plus īfluit in effectū q̄3 quęcūq3 causa secunda.Ea em̄ uolēte & coopante sequit̄ effectus,ea nō coopante,sequi non pōt,igit̄ diuinę uolūtati oīs lęsio asscribi debet. Hoc documentū cōtra multos est, q̄dā em̄ cū lędunt̄ uel lęsionē patiunt̄, inculpāt seu accusant astra,alij dęmōes tertij fortunā illi phytonissas,alij incātatores De q̄bus loquit̄ ꝓpheta p̄s.indiluuio aquarū multaꝝ ad eū nō apꝓximabūt.Aquę multę secūdū Augustinū ibidē sunt uarię doctrinę.Vna em̄ doctrina de hijs uarijs est dicere cū damna accesserunt, astra fecerūt, alia dęmon fecit tertia fortūa fecit , quarta

phytonissa fecit, &c. Qui habitant in diluuio multarum istarũ non ap,pximant ad deũ, una est tenenda doctrina que: Cõfitemini dño qm̃ bonus, Bñdicam dño in omni tẽpore, semp laus eius in ore meo. Omni tpe, psperitatis scilicet & aduersitatis, semp, siue flagellet, siue blandiat, benedicit & cõfitetur dño qui ait, a dño factum est istud Varię doctrinę inquinant aĩam, ista uera doctrina ad deum ducit, mens est Augustini, hanc doctrinã tenuit Iob, cũ ait post illata damna, Sicut dño placuit ita factum est, dñs dedit domĩus abstulit, sit nomẽ domini benedictũ; Dñs inquit abstulit, non sabęi, non chaldęi, nõ diabolus, nõ deniq; ignis, quia nec illi potuissent abstulisse nisi domino uolẽte & coopante, potestatẽq; talibus dante. hãc doctrinam obseruauit Thobias, qui licet dũ ab infantia timuit deum, & mandata eius custodiuit, non fuit cõtristatus contra deum q plaga cecitatis euenerat ei, sed immobilis in dei amore permansit, agẽs gratias deo omnibus diebus uitę suę ut dicitur Thobię.ij. Hanc doctrinã unam dedit domĩus cum suam passionẽ a iudęis iniquissime sibi illatam & ore prophetico & proprio deo patri asscripsit dicens p dauid patri ps.xxxviij. post illa uerba obmutui & nõ aperui os meũ, qm̃ tu fecisti amoue a me plagas tuas, passionẽ scilicet & mortẽ, ut di. glo. ĩterli. q̃i di. secũdũ Cassio. ut habetur in glo. margi. amoue a me plagas quod potes quia fecisti eas Et psalmo.ix. quoniã fecisti iudiciũ meum & causam meam, pensa uerbũ fecisti, & plagas tuas, & inuenies doctrinã uerã. Ore uero ,pprio eandẽ informationem petro dedit cum passionem suam gladio ,phibere conabatur, dicens ei Calicẽ quem dedit mihi pater, nõ uis ut bibam illũ. Ioannis.xviij. Cõsidera uerbũ dedit & habebis doctrinam sic dic, in omni aduersitate cõtra derisores aut impacientię inductores Calicẽ quẽ dedit mihi pater, non uis ut bibã illũ: hãc doctrinã pulchre & sępius cõscripsit nobis diuus ille Aug.

Nam in expositiōe tituli psalmo.xxix.dicit.Nō em̄ quic quid passi ab inimicis fuerimus, hoc inimicis deputandum est & non dn̄o deo nr̄o.Et subdit post pauca,unusquisq; enim malus,apud se habet uoluntatē nocendi,ut autē possit nocere nō habet potestatē, ut uelit iam reus est,ut possit occulta dispensatiōe ꝓuidentię dei in alium ꝑmittitur ad penam, in alium ꝑmittitur ad ꝓbationē, in aliū ꝑmittitur ad coronā.Ergo in quē ꝑmittitur occultę dispensatiōis est ꝓuidentię dei,ut aūt uelit nocere ipsius hominis est, non em̄ continuo quē uult occidit, hæc ibi, postea p̄s. xxxi. sup̄ uerba, gloriamini oēs recti corde, dicit,rectus corde ille est, qui cum prẹter uoluntatē patitur aliquid afflictiōis,mœroris, laboris,humiliationis nulli nisi uolūtati dei iustę tribuit. Sic ergo inquit rectū cor,cuicūq; aliquid accidit dicat, dn̄s dedit dominus abstulit.Et post multa pulchra & bene notanda,subdit,intendit charitas uestra ne forte dicatis, diabolus mihi fecit,prorsus ad deum refer flagellū tuum, quia nec diabolus nisi ille ꝑmittat qui desuper potestatē dedit,deinde p̄s.xxxvi.super illo confirmat autē iustos dn̄s inquit Quicquid acciderit iusto, uoluntati diuinę deputet, nō potestati inimici.Seuire ille potest, ferire si ille uoluerit non potest.Et si ille uoluerit ut feriat, nouit suum quem admodū excipiat,qui hęc duo pensat documēta, sufficiens habet incitamentū pacientię in quacūq; aduersitate Quis enim impaciēter ferret illa onera quę(iustus deus & cuius oīa iudicia recta sunt,qui sanctus est in omibus opibus suis)sibi imponit(licet p hoīes diabolos ul' alias creaturas tāq; p media) portāda, & tm̄ de pr̄ia ueritate.

Secunda ueritas seu catholica ꝓpositio hec est,Effectus qui sequūtur media seu maleficia hominū peruersorū, nō causantur ab huiusmodi medijs, seu maleficijs ipsorum,sed alium habēt causatorē.Priusq; hanc deducam ueritatem, pro eius intellectu expedit cognoscere

qui effectus media seu maleficia maleficorū sequantur Nam licet multi sint effectus particulares, quos huiusmodi malefici conentur ꝓducere. Ad quattuor tn̄ generales possunt reduci. Primo namq; ad hoc laborāt incantatores seu incantatrices, ut elementa cōmoueant, & ex eis cōmotis mixta generēt. Conātur enim concitare maria & uentos, & sic generare grādines, fulmīa, tonitrua, niues, pluuias, pruinas & sic de alijs, quēadmoum magi pharaonis legūtur fecisse in ęgipto, prout recitat Beda in quadā Omelia, De hoc effectu loquitur Augustinus, & habetur. xxvi. q. v. in. c. Nec mirum. ita dicēs. Magi q̄ & uulgo malefici ob facinorū magnitudinē nuncupant hij sunt qui ꝑmissu dei elementa cōcutiunt. Secūdo hoc hominū damnatū genus attentat per maleficia sua, facere mutatiōes locales sui ipsius uł aliarum rerum corporalium, sic enim dicitur ꝙ usu catulorum seu aliarū bestiarum, usu furcarum, aut baculo scobarum aut aliarū rerum equitent ad cellaria diuitū & eorundē uina luxuriando ebibant, aut ad mōtem fœni, uulgo Heuberg dictum, ubi choreisādo lęta celebrent cōuiuia, aut ad alia loca eis placentia corporaliter moueantur. Sic diciturꝙ lac alienę uaccę recipiāt, & de lignea statua uel alio corpore idem emulgeant. Item ꝙ cibos delicatos uel alias res usui cōueniētes, delongīquis adducant locis, rursus asserunt se per maleficia sua, amatas corporaliter posse ducere ad amatores suos, uel illos ad illas, sicut Cirillus scribit de quodam malefico, per suffragia tamen beati Hieronymi impedito, Sic conātur colligere in unum locum, & in eodem conseruare, uermes atq; serpentes uarie dispersos, quemadmodum legimus de Zaroes & arphaxat magis, in legenda Simonis & Iude, de quibus dicitur, ꝙ suis incantationibus adduxerint serpentes, magnumq; draconem & ꝙ homines fecerint immobiles,

Tertio huiusmodi diuinę legis preuaricatores pessi-

mi per sua maleficia affirmãt se ꝓducere posse, effectus corporales ꝑmanentes ut sanitatẽ uel infirmitatẽ etiam mortalem, aut sterilitatẽ atqꝫ impotentiã in uiris, ꝓut legitur in multis capitulis in ti. de sorti. & male. Sic ꝑ sua media conantur res corporales a deo ꝓductas, in aliã trãsmutare formam. sicut legit̃ Exo. vij. de magis pharaõis ꝙ uirgas in manibus suis tentas, uerterunt in colubros & fluminis aquam in sanguinem, recitat etiam Augustinus. xviij. de ciui. dei capit̃lo maleficio, socios Diomedis uersos in uolucres Et capitulo, xvij. recitat socios ulissis per Circen famosissimã magam in bestias mutatos Et q̊sdam homines, arcades dictos post transnatationem cuiusdam fluminis in lupos fuisse cõuersos, & rursus post nouem annos (quibus in deserto cum feris uiuebãt) renatato eiusdem flumine, iterum in homines reformatos Scribit etiam Augustinus ibidem se cum in Italia esset audiuisse, ꝙ illic magę quędam stabularię essent, dãtes aliquid in caseo hospitibus quibus uolebant, & inde illico in iumenta uerterentur, portarentqꝫ iumentorum more onera quęcumqꝫ magę uellent, post quę perfuncta opera, iterum in propriam redirent formam. Et ne hęc quę scripserat Augustinus fabulę iudicarentur, in capitulo. xviij. post multa quę ibidem deducit, dicit, hęc ad nos peruenerunt per eos, quos nobis nõ ęstimamus esse mentitos, Sic in uitis patrum, parte prima, folio. xix narratur ꝙ maleficio uirgo quædam iuditio omnium putabatur uersa in equam, quę per parentes eiusdem, ad sanctum Macharium fuit deducta, ad cuius preces & olei per eum benedicti unctione, pristinam recepit formam humanam. Quarto malefici gloriantur posse suis maleficijs animos seu uoluntates immutare humanas ad quarum mutationem uarij sequuntur effectus adextra. Sic legimus in uitis patrum, de sancto Hilariõe, parte prima. folio. xli. per maleficum uirginem quandam

ita incensam ad cuiusdam iuuenis amorē, q̃ quasi insa-
na, reiecto corporis habitu, rotatisq̃ crinibus, nil nisi no-
men adolescentis cœpit inclamare, sed suffragio sancti
Hilariōis fuit liberata Simile scribit Gregorius, li.i. dia.
capitulo.iiij. de quodam ficto monacho Basilio dicto, q̃
ita incantauerit quandā monialē q̃ dicebat se moriturā,
nisi Basilius monachus eam uisitaret, quę postea preci-
bus sancti Equicij fuit liberata. Plures alij possēt recita
ri maleficorū effectus, sed hij sufficiant. Nō facile quisq̃
dabitur qui ad unum de p̄dictis effectibus non sit redu
cibilis. Huiusmodi autē effectus producunt (ut dicunt
ipsi) per quattuor media. Primo p̱ imagines cęreas uel
alterius materię, quas cōsecrant, quibus & tanq̃ deo ali
quādo sacrificant & offerunt. Secūdo p̱ characteres &
figuras (ut dicunt) similiter consecratas, Tertio per uer-
ba & carmīa (uulgo segen dicta) scripta uel prolata, qui
bus multas tribuunt facultates aut agendi uires. Dicūt
enim carmina hęc tantę existere efficacię, q̃ uirtute eo-
rum lędantur uel sanentur oculi, aures, dentes, cęterǣq̃
hominum infirmitates, pecoraq̃ in siluis & mōtibus re-
licta, a lupis cæterisq̃ protegantur feris, homines ab ho
stibus liberētur armorumq̃ ut gladiorum telorum imo
bombardarum lęsione, aquarumq̃ suffocatione, defen
dantur. Et breuiter. Non est aliquis effectus per naturā
attingibilis, quem malefici non dicant suis carminibus
prolatis, scriptis, & uel collo suspensis aut alias secū por
tatis posse consequi. Hæc autem carmina aliquando so-
nant per formam bn̄dictionis, aliquando oratiōis, aliq̄n
formā gerunt exorcismorū. Quarto uero ad p̱ducēdū
p̄dictos effectus utunt̄ rebus q̱busdā naturalibus (licet
naturalē actionē ad tales effectus nō habeant) ut herbis
unguētis, pulueribus, lapidibus, radicibus, & sæpe ue-
nenis, quibus aspergūt ul' tangūt alios, quos incantare

uolunt, aliquādo etiam easdem res in potum uel cibum miscent & ceteris ad esum uel potandū ministrāt, Vnde sepe hominē quem ad amorē incendere uolūt, occidūt, uel in grauem infirmitatē iniiciunt, prout tēpore meo contigit in Dornstettē, aut dictas res loco uel sedibus q bus alij quiescunt abscondūt uel in uestes occultāt & sic de alijs. Isti uero quattuor modi, aliquādo adinuicē pmi scentur a maleficis. Nam aliquando ad carmina, recipi- unt benedictiōes, seu exorcismos, aliquādo sacramenta ecclesie. Sepe etiā ad illa media applicāt missas, aliquan do (q̄d horrendū est) uenerabile eucharistie sacramētū, aliquando sacramēta ecclesie ut aquā baptismatis Cere um pascalē, sanctorū reliquias & sic de cōsimilibus.

Istis presuppositis probāda est ueritas p̄dicta scilicet q effectus maleficorū, qui dicti sunt, nō causantur a me dijs que ab huiusmodi maleficis assumūt, puta imagini- bus, characteribus, carminibus, &c. sed aliū habēt cau- santem, quod sic patet, qa si isti effectus dicti, causātur a talibus medijs, quero aut causantur ab eis tanq̄ a causis naturalibus, aut sequūtur isti effectus talia media sicut signa instituta, queadmodum doctores sancti dicunt, se qui graciam in animā hominis, ad sacramētorū pcepti- onem, quia ita deus sacramenta sua instituit, q quicūq illa rite susceperit, ipse deus uelit anime sue infundere gratiam, uel gratiam prius habitam augere. Si dicis pri mum, q scilicet hec media tanq̄ cause naturales produ cant huiusmodi effectus, Tunc sic arguo, Quecūq sunt eiusdem speciei specialissime, consimiles habent produ cere effectus cæteris paribus, sicut si ille ignis producit calorem, omnis ignis eiusdem speciei specialissime est pductiuus caloris. Si reubarbarū istud purgat coleram om̄e eiusdem speciei specialissime est purgatiuū colere & sic de alijs. Si ergo hec carmīa q̄ tu pfers, pducūt ī me īfirmo sanitatē ergo oīa carmīa eiusdē spēi specialissime

substantialis sunt,pductiua eiusdem sanitatis in me, Sũt autem omnia carmina scripta ex eodẽ incausto, eiusdẽ speciei specialissimę substãtialis, qa nihil aliud in re sunt carmina scripta, nisi incaustum sit in chartam uarie ꝑtra ctum. Recte ergo sicut omẽs guttulę eiusdem incausti sũt eiusdẽ speciei specialissimę substãtialis, ita omĩa carmina de eodẽ incausto cõscripta sunt eiusdẽ speciei specialissimę, qua propter si tua carmĩa scripta de incausto in foro uendito, sanant hanc infirmitatẽ naturali uirtute & carmina mea de eodẽ incausto scripta sanabũt eandẽ infirmitatẽ. Nec refert si de eodẽ incausto, ego alia uerba ꝙ tu scribã, quia mea & tua de eodẽ incausto cõscripta, in se sunt incaustũ ipsum, unde nõ obstante quantũcũqꝫ uarie & diuerse a te, eius guttulas illius incausti in chartam ꝑtraxerim, nõ incipiũt illę guttulę esse alterius speciei specialissimę a tuis eiusdẽ ĩcausti guttulis, aliter in chartam similis materię depictis. Iccirco cũ tuis semꝑ habebunt eandẽ efficaciã naturalẽ. Sic omnia uerba in uno aere prolata sunt eiusdem speciei specialissimę substantialis, uerba enim in se nõ sunt nisi aer fractus lingua Vnde quãtumcũqꝫ ego frangam aerem cũ lingua mea illa uerba, nõ differunt specie a tuis uerbis in eodẽ aere a te prolatis, quia sicut tua uerba sunt partes aeris fracti ita mea sũt partes eiusdem aeris fracti. Recte ergo sicut partes eiusdem aeris sunt eiusdem speciei specialissimę substantialis, Ita uerba in eodẽ aere ꝓlata in se sunt eiusdem speciei specialissimę; qua ꝓpter si tua uerba prolata, naturaliter sanant hanc infirmitatẽ & mea sanabunt eandem, nõ obstante ꝙ in auribus audiẽtiũ aliter sonẽt uerba mea & tua. Non enim refert, ꝙ tu in eodem aere aliam fractionẽ ꝙ ego facias & sic alia uerba a te sonent ꝙ a me, qa sicut lingna eiusdem arboris si uarie secãtur, non incipiũt ꝓpterea esse alterius speciei specialissimę substantialis. Ita licet ego lingua mea aliter frangam ae-

rem q̄ tu, & sic aliter sonēt uerba mea q̄ tua, quia tamē mea & tua uerba ꝓlata sunt partes aeris eiusdē spēi spe cialissime Non oportet ꝙ mea & tua uerba in eodē aere ꝓlata, ꝓpterea cessēt eē eiusdē spēi specialissię. Sic est de imaginibus cereis, si factę sunt ex eadē cera, oēs sūt eius dē spēi specialissię, qa nihil sunt nisi ptes eiusdē massę ce reę, q̄ sp manēt eiusdē spēi specia. Et ita siue accedat cōse cratio ul' ne. nō imutabit actio naturalis. Sicut si ignis ꝓ ijcitur in stramia, incendunt naturaliter stramia siue ig= nis sit cōsecratus uel ne, ita imago cerea bn̄dicta uel nō bn̄dicta si naturaliter ꝓducit aliquē effectū, oīs alia ima go de eadē cera, qualitercūq̄ uarie formata, siue conse= cretur siue nō, cōsimilē ꝓducet effectū, applicata ad pas= sum sicut alia. Nō aliter si stramen ꝓiectū cum qbusdam uerbis cōtra aliquē, naturaliter facit eū infirmū, ꝓut cō= fessa fuit malefica nr̄a se fecisse tūc, quicūq̄ stramē aliud eiusdē spēi specialissime loquens ꝓiecisset cōtra eundē reddidisset eum infirmū, ita si herbę uel lapides, cū cer= tis uerbis applicata, naturaliter aliquos effectus produ cunt, a quocumq̄ loquēte huiusmodi herbę ul' lapides applicarent', tales effectus sequerētur. Et ita de omibus medijs ipsorū inducendū est. Constat autē hoc esse falsū Claret ergo ꝙ hæc media nō sunt causę naturales prędi ctorum effectuum. Si dicis secundum ꝙ isti effectus su pradicti & consimiles sequantur maleficarū media tāq̄ signa ad huiusmodi effectus consequendos instituta, si cut de effectu gracię erga sacramēta exemplificatū est. Tunc necesse erit ut isti effectus causentur ab instituen te hęc signa, sicut effectus sacramētorum causantur, nō a sacramentis quę signa eorum sunt, sed a deo sacramē= ta hęc instituente. Si ergo sic dicis de huiusmodi medijs ꝙ talia sint signa quę effectus prętacti sequantur, non a causatione signorum, sed instituente ea. Quęro, quis ta lia media in hęc signa instituerit. Non potes dicere deū

ſic inſtituiſſe eadem media, quia quęro ubi & quando inſtituerit & unde noſcas hoc. Nõ quidem p̃ ſcripturas neq; per reuelationes certas. Nã in ſcripturis ſuis (q̃bus dei uoluntas noſcitur) deus hęc inhibuit ſub mortis pe- na, Ait em̃ Exo. xxij. maleficos ne patieris uiuere, ubi ſe cundũ glo. nomine malefici, om̃es qui preſagijs magicę artis diabolicisq; utuntur figmẽtis intelligũtur. Et leui. xix. Nõ declĩetis ad magos, neq; ab ariolis aliquid ſciſſi temini ut polluamini p̃ eos. Et leui. xx. Anima q̃ declina uerit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis po nam faciem meam cõtra eam, & interficiã illam de me dio populi. Additq; in fine eiuſdẽ capituli, Vir ſiue muli er in q̃bus phytonicus uł diuinator fuerit ſpiritus mor- te moriant̃, lapidibus obruent eos, ſanguis illorũ ſit ſup̃ illos. Ecce deus hęc maleficia & uſum eorundẽ multipli citer inhibuit, hinc dicere nõ potes, q̃ ipſe ea inſtituerit Nec potes dicere, q̃ angeli boni ea media tanq̃ ſigna iſto rum effectuũ inſtituerint, quia angeli boni, in omnibus cõformant ſe uolũtati diuinę, ideoq; quę deus prohibu it ipſi abhorrent Nec eccleſia ſancta ea inſtituit, quia hu iuſmõi ſub grauibus penis & cẽſuris interdicit, ut patet per totã cauſam. xxvi. in pluribus locis. Nec potes dice- re q̃ ſancti homĩes hęc inſtituerint, puta Gregorius, Au guſtinus hieronymus &c̃. quia cõtra hęc cõſtantiſſime prędicarunt. & illa omnia tanq̃ deliramenta deriſerunt Sed nec ab imperatoribus inſtituta, quia imperatores ſi militer ea p̃hibuerũt ut patet p̃. l. nullus & l. nemo. C. de maleficis Si igit̃ ſũt hęc media ſigna ĩſtituta ad hmõi effe ctus conſequendos, & non a deo, nec ab angelis ſanctis nec ab eccleſia, nec ab hominibus ſanctis, imo nec ab im peratoribus, relinquitur a ſufficienti inductione, quod ſint ſigna a diabolo inſtituta. Et hoc uerum eſt. Sicut enim diabolus poſt principium ſuę creationis ſtatim in cœlo uoluit eſſe ſimilis altiſſimo, ita hodie expulſus de

celo idē appetit. Hinc sicut summū deum nouit institu-
isse quędā sacramēta, quibus cū ministri sui ea rite mini
strant, assistit operando. In suscipiētes ipa digne, effectū
salutarē, ppter quē signādū instituta sūt, Ita diabolus, ut
in hoc similis fieret altissimo. hæc media tanquā sua sa-
cramenta instituit, ad cōsequendos quosdā damnabiles
effectus, quibus sacramētis assistit ad operandum tales
quantū a deo sibi potestas datur, & non aliter, pro ut in
prima, ppositione supra dictum est. Et hoc expresse sen-
tit augustinus, put habet In c, admoneāt. xxvi. q. vij. Sic
enim ait. Admoneant fideles sacerdotes populos suos
ut nouerint magicas artes, incātationesq; quibuslibet
infirmitatibus hominum nihil remedij posse conferre,
Non animalibus languentibus, claudicātibus uel mori
būdis quicq; mederi, sed hęc esse laqueos & isidię antiq
hostis, quibus ille perfidus, genus humanū decipere ni
titur. Hæc si qs exercuerit, si clericus est degradet. Si lai
cus anathematizat. Et si diceres huiusmodi media non
habēt uim ex natura sua ad huiusmodi effectus produ-
cendos, sed habent uim hęc agendi ex cōsecratione, qa
cōsecrata sūt uel benedicta, aut submissę officio, lectiōe
euangelij, uel passionis dominicę, aut subeleuatione ho
stię consecrate, conscripta, congestaq;. Aut sub pallis al-
taris posita, & super ea tot missę celebratę, ul' hec media
cōscripta sunt, aut cōpilata, prolata seu cōposita, &c, pre
uijs orationibus, ieiunijs, confessione sacramētali, audi-
tiōe missę, uel sumptōe eucharistię, Hīc uim sic agēdi ha
bēt. Dico φ sic sentire est uanum & falsissimū, quia neq;
totum missę officium. Neq; pars eius, neq; alię quelibet
consecratiōes aut benedictiones effectū suum habent
ex se, sed ex operatione & ordinatiōe instituentis dei, q
suis assistit signis efficiendo quod signāt. Sed nullibi le
gitur φ dominus deus, missam uel partē eius, aut aliqd
sacramentū, uel orationem aliquā uel ieiuniū seu aliqd

bonum opus instituerit ad dādum robur & efficaciam talibus medijs incantatorū, quę media tam uetus q̄ nouum testamentū reprobat. Igitur uanum & derisione dignum est dicere, ꝙ hæc media uim agendi cōsequantur ex officio missę uel cōsimilibus. Pręterea prout Gerson approbat in trigilogio astrologię theologisatę, ꝓpositione. xxi. Superstitio tanto peior est, quanto ei plura miscentur bona, quoniā unde deberet honorari deus, honoratur diabolus. Tanto etiam maior sacris rebus infertur iniuria & plus grauescit peccatum, quāto res sacrę & dei cultui īpendēdę, usibus applicātur humanis & diabolicis. Vnde res mala est si homines sacramētis ad huiusmodi effectus per hęc media cōsequendos utuntur uel potius abutuntur. Si utunᵉ uenerabili eucharistia adhęc, iterum peius Et si cōfitentur prius, confessio hæc est ficta, quia si habetur ꝓpositum maleficiū exequendi iam actu mortaliter peccatur, & ita cōfessio hęc nō mūdat, sed potius aggrauat, siue confitens confiteatur, siue obticeat maleficium. Et per hęc etiam soluta est replica maleficarū dicentium, ꝙ sic uerba sacramentalia dei magnam habent efficaciā. Nam uirtute illorum substantia panis conuertitur in corpus christi, & substantia uini in sanguinem dn̄i, cū sacerdos ea profert legitime, ita nostra uerba possūt habere efficaciam agendi huiusmodi effectus supradictos, propter eorum sanctitatē, &c̄, Errant enim nec uerum dicunt. Nam uerba cōsecrationis non conuertunt substantiā panis in corpus christi, &c̄, sed solus deus facit huiusmodi cōuersionem, hoc est solus deus facit ꝙ substantia panis cessat ibi esse, & loco eius incipit esse corpus eius, Sic uerba baptismatis non infundunt gratiam baptisato, sed solus deus, cum uerba hęc proferuntur a ministro & cętera correquisita ad efficatiam baptismi assunt, & sic de alijs uerbis sacramentorum, ita uerba maleficarum, non operantur effectus

sequentes sed diabolus sic assistens suis sacramentis Est tamē magna differentia inter sacramēta dei & dęmonis Quia sacramētis dei semper assistit deus operādo effectum quē signant cū legitime cōferuntur & suscipiūtur Diabolus autē nō potest semper suis assistere sacramentis, operando semper effectus suos, sed solum quādo deus sibi dat potestatē operando, & admittit ꝓductionem talium effectuū, unde non potuit efficere diabolus cinifes ad incantationem magorum in ęgipto, licet produxerit serpētes, quia deus noluit, ꝓpter quod & ipsi magi dixerunt, digitus dei est hic Exo. viij. Verum quia hæc signa sequitur aliquādo (ex operatiōe diaboli eis tanꝙ sacramentis suis assistentis, quātum deus sibi cōcedit) effectus uere, aliquando solum ficte, ideo de hoc notanda est sequens propositio.

Tertia propositio seu ueritas, diabolus ad applicationem mediorum ab eo institutorū supra in propositione secunda recitatorū, effectus quosdā ibi dictos efficit solum apparenter & ficte, Reliquos uero effectus, quandoꝙ apparēter, quandoꝙ uere, deo tamē ꝑmittente, Patet quia illos effectus, qui naturaliter & peragētia naturalia fieri possunt, bene possunt uere operari dęmones cū a deo ꝑmittunt̄. Nā ut Gregorius inqt. xxxiiij. mora. c. xiij. licet diabolus fœlicitatē ꝑdiderit, naturę tn̄ suę magnitudinem non amisit, cuius adhuc uiribus hūana oīa superāt. Vnde & Iob de eo ait. c. xli. Nō est potestas suꝑ terrā quę cōparetur ei. Primo igit̄ diabolus sua naturali uirtute pōt q̊dlibet corpus suis uiribus nō inꝓportionatū, localiter mouere de loco ad locū, sicut enim de angelis bonis dicunt Sancti, & Aristoteles. xij. metha. asserit, ꝙ per ipsos moueant̄ cœli. Et Danielis ultimo dicit̄, ꝙ angelus Abacuch ꝓphetā capillo capitis sui, cū cibo quē messoribus coxerat ceperit, eundē de iudęa in Babylonē deduxerit statimꝙ iterū i iudęam restituerit

Ita angeli mali cum deus permittit possunt magna cor-
pora, ut montes saxa &c, & parua mouere, & talia mira
uelocitate de loco ad locũ transferre, sicut aliquãdo ex-
pertũ est, itaq; diabolus pmissus, potest maleficos facile
& cito deferre ad loca longinqua, unde cũ uere mouent̃
phytonissę ad cellaria, nõ fit ex operatione unguẽti q̃ li-
niuerũt furcam, uel animalia quibus insident. Si em̃ cõ-
tractus ungenti, faceret naturali uigore huiusmodi mo
tionẽ rerum tactarũ, sic quã statim poneret̃ idem unguẽ
tum in uasculũ, uasculũ ipsum cum unguento ad alium
locũ discederet, q̃d tamẽ cõstat esse falsum, Fit ergo hęc
motio localis nõ uigore unguenti, sed sola dęmõis opa-
tione. Sic quia lac res corporea est, ideo dęmõ ipsum po
test recipere de ubere unius uaccę & occulte applicare
ad extrema statuę, & sic facere apparentiam, ac si per sta
tuam uel manubrium securis mulgeretur. Non aliter si
cut totum hominem potest corporaliter mouere, ita si
permittitur a deo, potest ingredi corpus humanum, &
omnes partes eius corporales & in eisdẽ facere cõmoti
ones humorum, unde surgit uel infirmitas uel sanitas,
potest & per poros corporis inducere inperceptibiliter
humorem subtiliatum postea ingrossare interius eun
dem, ut sic aliquãdo generent̃ in corpore crines aut spi-
nę porcorũ & sic de alijs. Sicut autẽ potest mouere cor-
pora, ita potest impedire cõmotionẽ corporaliũ rerum,
unde potest detinere linguam homĩs ne moueatur ad
prolationẽ uerborum Sicut legimus in euangelio factũ
potest, & detinere spiritus uitales in uenis, ne pcedant
ad uirilia unde sequit̃ impotentia in uiro ad omnes mu
lieres uel ad unam & non ad aliam, Insuper quia nouit
occultas rerum naturas & actiuitatem earum, ut placet
Augustino tertio de trini. capitulo. ix. ideo quę per acti
onẽ naturalẽ, rerũ naturaliũ fieri possunt, pcurare põt,
portando & applicando tales res naturales adinuicem.

Vnde ipse nouit ex quibus humoribus generetur nix, grando, pluuia, pruina, fulmen, potest tales humores ꝓcurare & eos adinuicem cōportare, ut huiusmodi effectus sequātur. Sic potest nobilissima cibaria subito preparare & adducere, sicut paratos alibi subito potest auferre, & ad suos quos uult pręsentare. Et breuiter, quicquid potest naturali uia per motum seu applicationem rerum naturaliū adinuicem naturaliter produci, dęmō ipse hoc potest procurare, mouendo localiter, seu applicando tales res naturales adinuicem, Et adde in omnibus hijs, si deus sibi permittit. Secundo dęmon ꝑmissus potest assumere corpora & ī eis apparere, ista tamē corpora nō uiuificat, quia nō unitur eis sicut anima corpori, sed solum assistit illis sicut motor mobili. Et ideo non facit in illis uere operatiōes uitales sed solum apparēter Non enim uere comedit, quia cibus ab eo assumptus in tale corpus, non cōuertitur in substantiā illius corporis, licet dentibus masticet & in stomachum traijciat cibum talem. Nec uere sentiunt dęmones, in istis corporibus, Nec uere generant, quia semen ab illo corpore diffusū, non est genitū ex digestiōe cibi facta in tali corpore, sed aliunde assumptū seu collectum a uiro uiuēte, & postea proiectum in matricē mulieris cui cōmiscetur, unde ꝓles sequens non est dęmonis, sed illius a quo semen collegit. Nec uiuas uoces loquuntur per ista corpora, licet per fractionē aeris, uerba ueris similia uerbis faciant, in istis etiam corporibus aerem attrahūt, oculos & palpebras mouent, ita ut appareant homibus uiuentes, Qui legit facile id credere habet. Si enim angelus malus prout apostolus ait. ij. ad Co. xi. transfigurare se potest in angelum lucis multo plus se potest transformare in quamlibet aliam creaturā. Et si ut Sulpitius scribit de sancto Martino, dęmon transfigurauit se in similitudinē christi multo fortius dimissus, pōt se transfigurare in quālibet

aliam creaturam, nunc in lupum, nũc in catulũ, &c̃, quẽadmodũ Athanasius scribit dęmões in uarijs figuris aliquãdo sancto apparuisse Anthonio. Et Cirillus in ep'la de obitu sancti Hieronymi recitat, dęmonẽ assumpsisse speciem sancti episcopi Siluani & in eadem specie honestam matronã de incõtinẽtia sollicitasse, legimus quoq; de sancto Germano episcopo Antisiodorẽsi q̃ in domo quadã inqua hospitabat̃, in quã spiritus maligni in specie multarum mulierũ eiusdem loci nocte cõuenerunt, putabatur a tota familia q̃ uicinę mulieres sic nocte ad cõuiuandũ accederẽt, ubi hunc erorrẽ sanctus uir intellexit, uigilauit donec spiritus mali ĩ forma pręfictarum mulierum accederent, illis autem dęmonibus sic cõparentibus, mandauit uir sanctus quatenus ibi manerent donec omnes uicinę mulieres in quarum formis apparuerant, in domibus suis inuentę fuerunt, Sic adhuc hodie ad diffamãdum hominem innocẽtem, potest in eius specie assumpta apparere & ea operari ratõe cuius malam famam ĩcidat unde capiatur, torqueatur, &c̃, Vnde potest apparere insidens uaccę in specie mulieris honestę ut eadem postea de maleficio accusetur, sicut potest assumere corpus conforme corpori phytonissę, & in eodem accedere iumenta, uel pueros aliorum, eademq; tãgere, & postea infirma facere, etiam usq; ad mortem, sic potest pueros in cunis iacentes auferre, & se in corpore assumpto in eorum locum reponere, & non contentari postea in quattuor uel sex nutricibus, sicut aliquãdo accidit. Sic dum dęmon putatur adducere ad luxuriosum mulierem amatam, ipse dęmon potest assumere corpus simile corpori amatę & in tali apud amantem cõparere eademq; pati & facere, quę mulier uera pateretur faceretq; si adesset, Sic legimus in uita sancti Ipoliti factum cuidam bubulco monacho effecto, quem dęmon in specie mulieris uehementer uexabat, tandẽ ille monachus

accępta stola sacerdotali, cinxit cum ea collum dęmōis sic apparentis, aufugit dęmon, & cadauer fœtidissimum quod assumpserat ibi reliquit, ita hodie fieri potest ut cum quis putat se cōdormire mulieri contra deū amātę, condormiat fœtidissimo cadaueri atq; dęmoni. Quomodo aūt dęmon possit exercere actum carnis uel eundem pati in corpore assumpto, facile cōijci potest ex hijs quę de generatiōe supra īmediate dicta sunt. Sicut eñ potest ab alio uiro colligere semen & cōseruare, quantū deus permittit in sua naturali dispositone, & postea uasi mulieris infundere, unde sequi potest generatio prolis, ita apparēdo in corpore muliebri, potest formare uasculum sexui fœmineo debitum, ac calefacere ipsum, &c. ꝓut sibi a deo permittitur, in ipsum quoq; recipere semē decisum a uiro, quāuis in tali corpore dęmonis, non fiat generatio prolis ex semine in ipsum assumpto ex causa dicta, quia tale corpus nō est uiuum, Sic quoq; est de socijs Diomedis prout placet Augustino. xviij. de ci. de. c. xviij. Nam ipsi uere submersi fuerunt in aquis & sic uere mortui, sed diabolus aliunde adduxit uolucres, uel forte ipse species illarū assumpsit & statim illis submersis, in specie harum auium uolauit de flumine, unde crederent uidentes, submersos fuisse in aues cōuersos, plura possent hic cōsimilia recitari, sed hęc sufficiant ꝓ prima parte propositionis nostræ, quomodo scilicet diabolus aliquando uere faciat illos effectus supra recitatos ad media a suis ministris applicata. Dicitur autem secundo in ꝓpositione, q̄d quosdam effectus faciat aliquādo diabolus apparenter, aliquādo uere quosdam uero solum apparenter, licet enim posset dęmon, dū permitteretur assumere speciem multorum equitum, & in specie talium in campo cōparere, & posset ipse portare trabem gallo impositam, sępius tamen hoc fit solum deceptorie & apparenter, gallus enim qui iudicatur deferre

trabem defert exilem calamum, & ubi putatur esse ma gnus exercitus ibi uix est homo unus, imo nullus nisi in cantator & uidentes maleficium huiusmodi, Illos autē effectus solum apparenter facit dęmon, & nunq̄ uere q̄ naturę facultatem excedunt, quemadmodū est resusci tare uere mortuum, a natiuitate cęcum subito illumina re, aut unam creaturā totam, in aliam transmutare, pene tratōes dimensionū facere, & corpus humanū per aliud corpus, puta ianuam, ualuā, ul' alia, illesū deducere, hęc enim soli deo propter infinitā suam potentiam conueni unt, unde si apparet q̄ tales effectus faciat, non facit eos uere, sed solum apparenter, Sic dici potest probabilius ut uidetur ad id quod legitur .i. Regum. xxviij. de samu ele, quomodo scilicet fuerit resuscitatus per phytonissā & responsa ueritatis dederit Sauli, uentura quoq̄ denū ciauerit, q̄ non fuerit uera suscitatio Samuelis, sed ma ligni spiritus apparuerit in eius effigie, Si em̄ diabolus potest se trāsfigurare in angelū lucis, multo magis deo permittente, potuit se transformare in similitudinē Sa muelis. Et ad hoc uidetur declinare Augustius in .c. nec mirum, xxvi. q. v. Quamuis alij sint modi dicendi, prout pulchre recitat Nicolaus de lyra primo Regum . xviij. Sic potest dici quod diabolus ad incantationem mago rum, nō cōuerterit uere uirgas eorum in ueros serpen tes, sed fuerit solum apparens fantasia, propter motio nem fantasmatū in fantasia Pharaonis & circumstanti um famulorum, ul' potuit fieri ut proiectis uirgis mago rum, diabolus eas inperceptibiliter abstulerit, & serpē tes inperceptibiliter aliunde apportatos in locum uir garum supposuerit, mira sua celeritate, Sic solum appa renter & non uere, socij Vlixis fuerunt mutati in por cos, Et arcades in lupos, Et uirgo in equam', &c̄, Et cibi in colonia sororibus penitentibus appositi, cōuersi in ra nas, araneas &c̄, Sic cum phytonissę dicunt, se deductas

per ianuas clausas ad cellaria, nō est ueritas, sed sola ap- pentia, Quomodo autē diabolus faciat huiusmōi appa- rentias & illusiones pulchre declarat eximius magister & p̄ceptor meus Gabriel in suo secundo. di. viij. q. ij. re- ducens huiusmodi illusiōes ad tres modos. Primo em̄ facere potest tales apparētias, per mutationē aliquam in obiecto ostendendo uel occultando ꝓpter quod illu sus iudicando errat. Primo modo fit illud ut tactum est ostendendo, potest em̄ diabolus formare formas sicut potest diuersarū formarū corpora quasi subito formare & assumere ut dictū est, formas igitur diuersas a se for matas potest uisui obijcere seu alteri sensui offerre, & il las frequenter mutare, illas autem formas sensus uolēs nolensq; apprehēdit, unde siue uelim siue nolim, uideo album debito mō sanis oculis & dispositis obiectū. Ob- latum ergo sensui natura apprehendit, nec diabolus il- lam uisionem causat in oculo, sed potentia cum obiecto per diabolum oblato, nihil enim refert ad ueram & na- turalem uisionem causandam a quo obiectum oculis af- feratur, nec sic uidendo uisus decipitur circa obiectum proprium, quia taliter est obiectum coloratū album uel nigrum &c̄, qualiter iudicat, sed decipitur circa obiectū per accidens, cum ꝓpter formam talem qualem in re ali qua uel persona esse cognouit, rem aliquam uel perso- nam quę ibi non est, ibi enim iudicat per fantasiam uel magis per intellectum, ut si formā petro similem obijcit iudico me uidere petrum, & secundum diuersas forma rum oblatiōs & mutationes subitas oblatę formę, iudi- cat semper alia & alia & sic deluditur. Sic legitur in bea ti Hiero. epistolari de sancto Hilarione diabolum se trāsfigurasse in personas mulierum nudarum &c̄. Et in mi- raculis beati Hieronymi, diabolum se transfigurasse in personam Siluani Et nicetam ī personam Simonis magi ut dicitur in itinerario clementis, Sic etiam potest occul

tare rem obiectam,ut non iudicetur esse presens,uel iu dicetur alia,aliquid inter obiectum huiusmodi & orga num interponendo, quo totum non uideatur uel inter partem eius magnam uel paruam ut aliqua pars occul- tetur loco cuius aliquid aliud uideatur quod tamē pars obiecti iudicetur & ita res alia iudicetur, Posset etiam propter uariationem quā causaret in medio uel lumine multipliciter sensum illudere ut aliud iudicaret quā es- set in re, Sicut & nunc sensus propter huiusmodi uaria- tiones frequenter decipitur, & si ponerentur species ab obiecto multiplicatæ per medium ad organum, Posset iterum multipliciter illudere prohibendo specierū mul tiplicationē, & sic impediret uisionē, aut species ab alijs obiectis multiplicatas medio ingerendo, si tamē posset conseruari in medio sine obiecto, quod non creditur, ali as multipliciter potest species impedire, aut transmuta- re localiter potest, quod eiusdē rei non uariatę causaret alia & alia uisio, Omnia enim illa per solum motum lo- calem rerum aut specierum efficere posset, & horū mo dorum aliquo posset reddere hominem inuisibilē licet oculis & prospectui pręsentem, uide ad hoc Augustinū xviij. de ciui. dei, capitulo. xviij. Secundo modo fieri po test per aliquā mutationem factam circa organum sen- sus. Nam & humor sanguineus uel uapor igneus descē dens ad oculos, facit res uisas apparere rubeas, & muta tatio situs organi, facit rem alibi apparere quā sit, Quā- doq; unam rem apparere duas, & ita de alijs, has orga- ni indispositiones potest dęmon in organo causare per motum localem humorum uaporis uel situs, Et per mo dicam huiusmodi uariationē circa organum obiectum ul' medium uariatur iudicium, & apparet res aliter quā est. Tertio modo potest fieri illusio per mutationem ali quam factam in specie uel habitu in ipsa potētia aut me moria reseruata uel reseruato, Intelligo autem ꝑ habitū

& speciem derelictum aliquod in potentia cognitiua uł reseruatiua a cognitione habita ad similem cognitionē motiuam, illudit hoc modo diabolus non īmittendo nouas species, uel fantasmata in potentiam, nisi mediante obiecto de nouo oblato, sed mouēdo species iam habitas. Nam cum fantasmata inexistentia offeruntur forti oblatione uirtuti interiori & cum uirtus interior fortiter illis intēdit similitudo rei uidetur esse ueritas, Quod manifestum est in frenetico propter ascensum fumositatum ad cerebrum ex modica occasione exteriori, uidetᷣ ei quod uideat uel audiat multa, quę non sunt pręsentia Sic per fortem conuersionem intentionis fantasma uidetur ueritas, etiā in uigilia, Sic beatus Augustinus exemplificat ut recitat sanctus Bonauentura quod quidā tanta conuersione cogitabat cuiusdam mulieris imaginem ꝙ ei carnaliter cōmisceri uidebatur etiam uigilando, & sicut in somnio uidetur dormiēti, ꝙ uideat audiat & sentiat multa in ueritate, cum species seu fantasmata mota ueniūt ad organa sensuū, sic dęmon in uigilante potest fantasmata & species seu habitus mouere. ipsisq; ꝑsentare potentię cognitiuę, & ꝑ hoc imaginationē ad eas cōuertere & per īmissionem fumorum spiritus animales īmutare, & fantasmata diuersimode uariare ac intentiōi offerre & facere diuersa homini apparere, unde in uigilante pōt species asini in memoria cōtētas, ita fortiter cōmouere & easdē pn̄tare potentię cognitiuę ꝙ nihil iudicat se cognoscere nisi asinos, sic pōt species uiri prius uisi, aut mulieris, ita uehemēter pn̄tare uirtuti interiori ꝙ nihil aliud pōt cogitare, nisi de tali uiro aut muliere. Declaratis aūt utcūq; modis & effectibus, in qbus diabolus suis assistit sacramentis quantū a deo ꝑmittiᷓ, uidendum est, cur deus diabolo tantā potestatē ad tantos effectus ꝓducendos, tribuat, cur ad istos faciendos sibi cōsentiat, & cooꝑetur, Et in primis dico, ꝙ omīpotēs

deus iuste hęc permittat, licet homo mortalis distincte & particulariter de singulis rationem assignare nō possit, Vñ dico in primis cũ Augustino.iij.de trini.c.x.quēadmodũ hęc faciant angeli uel potius deus & quātum fieri uelit p angelos suos,& quantũ fieri uelit etiam per angelos malos siue sinendo siue iubendo siue cogendo ex occulta sede altissimi imperij sui, nec oculorum acie penetrare,nec fiducia rationis enucleare, nec prouectu mentis cōprehendere ualeo, ut tam certus hinc loquar ad omnia quę de his rebus inquiri possunt quā si essem angelus aut ꝑpheta aut apostolus,Cogitatiōes eñ mortalium timidę & incertę prouidentię nostrę sunt ait scriptura Sapiētię.ix.Preterea si difficile ęstimamus quę in terra sunt ut dicitur ibidem & quę in prospectu sunt inuenimus cũ labore, q̄ in cœlis sunt qs inuestigabit?Et si apostolus Paulus raptus in tertiũ cœlũ noluit se ītromittere de assignatiōe rationis in multis effectibus,q inhijs fiunt inferioribus,sed cũ admiratione exclamauit di. O altitudo diuitiarũ sapientię aut scientię dei,quā incōprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uię eius,qs eñ cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? ad ro.Quis tātũ sibi cōfidet,ꝙ uelit certam assignare causam,cur deus nũc hoc nunc illud diabolo aut alteri creaturę operari cōcedat, Dico secundo,ꝙ homo mirari nōdebet,si domīus deus diabolo aut malo homī potestatē det ut lędat hoīes innocētes ī corpore seu rebus cum malefici suis utuntur incantatōibus,Nā exeuidēte habemus scripturę testimonio,diabolum per se hoc est sine medio maleficorum uexasse & lęsisse, imo aliquando occidisse homines deo tamen ꝑmittente,Lege euangeliũ &uidebis hoīes a dęmonibus obsessos &male ab eisdē uexatos fuisse & inde in ignē & aquā tales cecidisse,sed a dño liberatos fuisseMatthęi.xvij. de q̄rũ tñ pc̄tis q̄bus hęc demeruerint non legīus,sic fert̄ sanctũ Anto.

a dęmonibus fuisse grauiter uulneratum, Et Iob cõstat a dęmone pessimo uulnere fuisse ꝑcussum, Vnde sicut sanctissimũ Ioannem baptistam ad petitionẽ incestuosę meretricis permisit decollari ab Herode, non ab re est etiam iustũ hominẽ si ad practicam maleficorũ cõcedat lędi in corpore seu rebus a dęmonibus, Vtrũ autem diabolo nõ lędente homines, ad incantationes maleficarũ nihilominus sequeretur lęsio illa, a deo solo uel alia creatura, respondeat qui cõsiliarius dei sit, hoc dico si nullus maleficus esset in terra, diabolus uoluntatem perdendi om̃es hoĩes fideles nihilominus haberet & si sibi dareť executio a deo illius malę uoluntatis, nullus fideliũ per diem uiueret, sed siue deus det sibi facultatẽ exequendi malam suam uolũtatem, cum incantatores sua exercẽt maleficia, & utrum non daret diabolo facultatem lędendi homines, si malefici sua maleficia omitterẽt, nemo nisi ex speciali reuelatione dicere potest. Verum licet distincte cuiuslibet effectus a dęmõe uł alia creatura operati, causa diuinę permissionis assignari non possit, doctores tamen sancti, pręcipue Augustinus. vij. capitulo xxxv. de trini. Et Gregorius in pręfatione in expositionem super Iob capitulo nono. Et Chriso. i omelia prima facta in anthiochia priusq̃ presbiter esset cõstantinopolitanus, generales diuinę permissionis causas assignant multas quas hic etiam placet recitare, Harũ autem prima, cur scilicet deus diabolo consentiat ut ad maleficia incantatorum huiusmodi effectus operetur. hæc est, ut scilicet fallentur, decipianturq̃ fallaces & decipi uolentes. Dignum quidem est atq̃ iustum, ut qui diuinam uolũtatem (quam deus in scripturis, salutaribus pręceptis, monitis & consilijs nobis ad nostrã salutẽ manifestauit) a peritis & legẽ domĩ ĩtelligẽtibus audire, atq̃ addiscere possẽt, sed eandẽ inuestigare dissimulãt eoꝝ ĩformatione audire cõtẽnunt, plus istis uanitatibus maleficoꝝ

quam sacris eruditionibus ecclesię & doctorum eiusdē credunt, firmiusq; stultitijs uetularū, quā uerbis sanctarum scripturarū adhęrent. cum tota auiditate uanis curiositatibus intendūt, sicq; se sponte uilissimis spiritibus captiuos offerunt, dominū cui per suorum mandatorū obseruātiā subditi esse deberent, relinquētes. A diabolo quoq; totius humani generis hoste auxilia quęrunt, omniū saluatore dimisso, dignum inq; & iustum est ut ꝑmissu dei in manibus diaboli eiusq; erroribus ac seductionibus relinquant, tantoq; firmius sibi adhęreant ad damnatiōis suę cumulū, tanto deniq; in erroribus quos sponte eligunt, amplius cōfirmentur, quāto ea quę per huiusmodi maleficia nequiter assequi desiderant, adipiscuntur, denturq; in reprobū sensum, & cū deum quē ꝑ fidem cognouerūt, non glorificarūt, sed euanuerunt in cogitatiōibus suis, insipiens fiat cor eorum. Quid enim iustius quā ut is qui sponte deserit ueritatē. eligit autē falsitatē & mendaciū, a mendatio fallatur, & in falsitate pereat. Exemplo regis Ochoçię qui cōtemptis ꝓphetis domini, auxiliū & cōsiliū quęsiuit in sua infirmitate ab Idolis, unde dominus dixit sibi per Heliā, Nunquid non est deus in Israel ut eatis ad cōsulendum Beelçebub in acearon, quamobrem hęc dicit domīus De lectulo suꝑ quē ascendisti nō descendes, sed morte morieris. iiij. Regum. i. Simile recitat cancellarius parisiēsis Ioannes de Gersona in tractatu contra suꝑsticiosam obseruationē dierū in fine, de quodā principe qui tempore huiusmōi maleficijs utebatur, & dum sibi ꝑsuaderetur ut a sapiētibus quęreret cōsilium, utrum licite essent suꝑstitiōes istę quas exercebat, & quibus fidē dedit respōdisse fertur. Cur inquirerē a talibus, scio enim ꝙ disconsulerent mihi, ego tamē sic agere & sic credere penitus disposui nec omittam. Sed quid iusto dei iuditio actum sit, attendite, in hoc errore positus, repētina morte perijt, sicq; in

uanitate quā elegit in sui damnationē hinc discessit, unde uniuersi agnoscere potuerunt, quē uere ꝓpheta diceret, Odisti obseruantes uanitates superuacue, Et per hoc habetur responsio danda simplicibus, cum sic argumentant̄. Ecce dolui dentes, oculos, furto perdidi pecuniam meam accessi maleficū, ꝓtulit quędā carmina sup dētes, oculos. appendit cedulam ad collū meum, osten dere mihi pecuniā &ce. cur non credam sibi, cur non utar auxilio suo, si deo tantum displiceret nō sineret effectus istos sequi ad media incantatorum &c̄, Dico quod dn̄s deus propter tuum demeritum admittit diabolo huius modi effectuum operationem, ut quia contra dei pręceptum quęris sanitatē a diabolo, & scire ea tali uia q̄ non competit scire a diabolo sanitatē, & petita ad uota cōsequaris, ut sic fortius laqueis diaboli astringaris, & dum a diabolo sanitatē contra deū quęris, in ęgritudinē atq₃ mortem eternā ducaris, prout ait Augustinus in.c. Qui sine saluatore xxvi.q.ij. Dum quoq₃ pecuniam tuam ab incantatore recipis, animā & corpus in eternum perdas fiatq₃ & tibi sicut ęgiptijs, q plus crediderunt magis suis quā seruis domini Moysi & Aaron, hinc deus diabolo cōcessit ut oīa (minimo dempto) faceret ad incantationē magorū quę fecerūt signa Moyses & Aaron, hinc factū est, ut in errore quē ipsi elegerūt amplius cōfirmarētur Hanc rationē pulchre tangit Augustinus, & habet̄ in.c. nec mirū.xxvi.q.v. ubi ita dicit, hęc potestas ideo datur dęmōibus, ut ꝑuersos hoīes sibi aptent, hoc est prauos hoīes seducāt, illos scilicet q spernūt ueritatē & credunt mēdatio, Et iuxta Pauli sententiā.C.i, ad Thimo.iij. & iiij capitulis. Sanam doctrinā non ferunt, sed ad sua desideria coacer uabunt sibi mgr̄os pruriētes auribus & a ueueritate quidē auditū auertūt ad fabulas aūt cōuertunt̄ onerati pc̄tis, ducent̄ uarijs desiderijs semp distātes & nūq₃ ad sciētiā ueritatis ꝑmanētes, queadmodū aūt iambres & mābres restiterūt Moysi, ita & isti resistunt ueri-

tati,homĩes corrupti mente,reprobi circa fidem,ſed ul-
tra non ꝓficient,inſipientia eorum manifeſta erit omni-
bus, ſicut & illorũ fuit,hęc ille. Eandem autẽ Auguſtini
mentẽ tenuit Cancellarius pariſien.in tractatu, cõtra ſu
ꝑſtitionẽ cuiuſdã medici cõcluſione.vi.ita di.Sicut uera
& chriſtiana fides,mirabilia oꝑatur in bene credẽtibus,
ſic & falſa & mala credulitas deo ꝑmittente euẽtus ma
los interdũ oꝑatur,uł potius demeret̃,quod experimur
quotidie in male credulis, quos ita deus punit propter
malã fidem,imo dum cognoſcit eos adhęrere uanis ob-
ſeruantijs,ꝑmittit aliquos euentus cõtingere, et ita eos
plus cõſequẽter firmari in tali opiniõe ut maior fiat cęci
tas eorũ,& in laqueũ cadãt quem ſibi fecerũt, hęc cauſa
prima reſpicit incantatores & quęrentes eorum auxilia
ſeu conſilia. Secunda cauſa ꝓpter quã deus concedit
diabolo poteſtatẽ aſſiſtẽdi ſuis medijs a maleficis exhi-
bitis & oꝑandi effectum ab eiſdem maleficis optatũ,eſt
ꝓbatio fideliũ,q̃lẽ fidẽ atq; dilectionẽ habeãt ad deum,
& eius p̃cepta,Teſte em̃ Chriſo.ĩ ome.i.ubi ſupra,Amã
tis eſt nũq; ab hijs q̃ amato cõplacent abſtinere,mollis &
ignauus ſtatim ex primo ĩpetu concidet, uehemẽs aũt
ſi millies ĩterpellat̃,tanto magis inſtabit,q̃nto magis re-
pellitur,Sic q̃ magnę & fortis fidei ad deũ eſt, fidẽ nõ re
linquit quãtũcũq; grauiter ſtimulet̃. Cũ igit̃ lęſionẽ paſ
ſus es,in corꝑe uel rebus,ſit a diabolo uel hoĩe malo ui-
deſq; quõ alij cõſil'r lęſi, liberationẽ cõſecuti ſũt ꝑmalefi
cia incãtatorũ Exẽpli grã,ĩfirmus es,claudus factuſ es,ꝑ
didiſti nũmos, &c̃,egrotare incipiũt pecora tua &c̃. Vi-
des ex aduerſo,ꝙ alij cõſil'r infirmi,claudi &c̃,maleficoſ
acceſſerũt, eorũ cõſilia & media aſſũpſerũt inde ſanati
ſũt,nũmos recepũt &c̃,ſi ꝓpterea & tu eoſdẽ accedis ma
leficos,ſcd'm eoꝵ cõſilia dãnata agis,iã cõſtat ꝙ fidẽ cõ-
tra dei & eccl'ię ſuę p̃cepta ad deũ nõ hẽs neq; dilectionẽ
imo ſãitatẽ pecuniã,q̃ ꝑmaleficos ꝯſeq laboras plus deo

diligis,& cũ propter illa cõsequenda a deo recedis plus quoqȝ a diabolo & eius ministro quã a deo solationem quęris,ad deum fidem nõ habes,qua credere debes, ipsum solum esse uerum salutis dominũ. Si uero non obstante,ꝙ cęteri simili defectu tecum laborantes a maleficis curati sint.tu maleficos non accedis, eorum consilia non quęris,eorum media ideo abhorres,quia deus tibi hęc inhibuit,& potius eligis uiuere cum obseruãtia mãdatorum dei in egestate & ęgritudine, quã cõtra deum in diuitijs & sanitatis uoluptate, Iam cõstat, iam ad lucẽ deductum est,iam probatus es,& in ꝓbatione inuentus ꝙ ueram in deũ fidem atqȝ dilectionẽ habeas,unde eterna uita dignus sis, hanc causam diuinę promissionis assignat scriptura sacra Deu.xiij.ita di. Si surrexerit in medio tui ꝓphetes,aut qui somniũ se uidisse dicat & p̃dixerit signum atqȝ portẽtũ,& euenerit quod locutus est. et dixerit eamus & sequamur deos alienos,nõ audies uerba prophetę huius aut somiatoris,Cur? quia tentat uos dominus deus ut palam fuit an diligatis eum an non in toto corde uestro,& in tota anima uestra,dominũ deum sequimini & ipsum timete, mandata illius custodite, & audite uocẽ eius,ipsi seruietis,ipsi adhęrebitis,Propheta autem ille aut fictor somniorꝫ interficietur,quia locutus est ut auerteret uos a domino deo ur̃o.Ecce expresse interdicit dominus audire doctrinam falsorũ prophetarum (cuiusmodi sunt malefici) Nec imitanda est eorũ informatio ut contra deum agatur, etiam si euenerit q̃d ipsi futurum dixerint,quia hoc admittit dominus deus ut palam fiat si diligatur ipse,an ne,Et per hoc patet primo ius ciuile,in.l.eorum.C. de male.& principes seculares errare, cum ꝑmittunt & non prohibent illos maleficos,qui non nocent sed suis maleficijs(ut dicunt)curant homines seu pecora, quia hęc curatio corporum,inducit perpetuã mortẽ animarũ,auertitqȝ fideles a deo suo,

Patet secũdo quã uerũ sit illud dñi dictũ Matthęi. xxiiij abundabit iniquitas, refrigescet multorum charitas, in principio namq; nascentis eccl'ię, puellulę tenerę adole lescentes innocentes, utriusq; deniq; copia sexus, tanta fide, tãtaq; dilectiõe deo adhęserũt, q potius oĩa tormẽ ta pati elegerũt in corpibus suis, quã a deo recedere, & contra eius pręcepta, dęmoniorũ in Idolis auxilia pete= re, Nũc uero quid agatur quotidie heu cernimus Cum modica perditur pecunia, cum dolemus oculos, cũ clau di efficimur, cum pecora nostra ęgrotãt, &c̃, ut pecunia recuperetur ut dolor fugetur, ut sanitas sequatur, deus turmatim relinquitur & diaboli ministri pro releuatõe diligẽtissime cũ muneribus & oblationibus quęrũtur, Vnde certissimũ habemus iudiciũ, q in talibus nec dei fides est, nec ad eum dilectio. Ideoq; non ad cœlum, sed ad inferni principẽ a quo salutem hic quęrunt, sese per= tinere certissimo pandunt signo. Tertio datur potestas hęc dęmonibus & membris eius, ad probandam mani= festandamq; bonorum hominũ paciẽtiam, & coronam eorum in cœlo agendam. Omnis enim tentatio undecũ q; accedat probatio est, & habet fructum suum, homo quippe ut Augustinus ait, in expositiõe tituli p̃s. lv. sibi ignotus est, quid ferre possit, quid non, aliquando de se pręsumit, q possit ferre quod nõ potest, aliquãdo se pos se, quod tamen potest, cum accedit tentatio quasi inter= rogatio, homo inuenitur a se ipso, qui latebat se ipsum. Exemplum est in Petro, nec ipse nec alij sciebant infirmi tatem suam, accessit tentatio & apparuit infirmitas. Sic ante tentationem erat occulta obedientia Abraę, nec ip se de se, nec alij de eo illam cognouere, cum uero deus sibi dixit tolle unigenitũ tuum quẽ diligis Isaac, & ĩmo= la ipsum super uno montium quẽ dixero tibi, iam appa ruit eius obediẽtia, cũ statim ad pręceptũ domini exiẽs & filium secum recipiens cum lignis sibi impositis, ascẽ=

dit in montem, filium illic statuit, gladium exemit, & filium iugulare uoluit postea igne cōburendū. Nō aliter in ꝓposito est, cum homo sanus est corpore, sufficientiā habet temporaliū, pulchra delectatur habitatiōe, honesta fruitur uxore, filijs &c̄, cum ubiq; arridet ꝓsperitas. quis de eius patiētia reponere potest? ꝓuerbiū quippe est, facile patientiā habet, quē nemo lędit, cum uero accedit infirmitas post sanitatē, paupertas atq; egestas post abundantiā, contemptus post honorem, fraus & infidelitas uxoris proliumq;, post amoris argumēta. Si ꝓpterea nō blasphemat deum aut sanctos, sed sibi gratias agit in oībus, si nō uindicat se ꝓpria authoritate, si ut hęc aduersa euadat nō cōsulit maleficos, nulla admittit carmina, nihilq; aliud iniuste agit, nihil ob id boni ad q̄d tenetur obmittit, iam cōstat, iam claret, ꝙ paciens est. Exēplum huius apertū est in sancto Iob, qn̄ diues erat, quando magnā possessionē habebat, qn̄ aperuit domū suam paupibus & largiter dabat eisdē, quando multas habebat oues & ex earum tonsura nudos uestiebat, quando multa habebat armēta, quibus esuriētes alebat, quādo sanus erat corpore, quādo uxorem habebat castā, cum decem liberis, quādo inq; undiq; afflabat ꝓsperitatis uētus, nō cōstabat cæteris de eius paciētia, cum uero deo pmittente, diabolo agente, homies peruersi, malo ducti spiritu rapuerūt eius armenta, quādo diabolo ꝓcurante ignis de cœlo descendit, cunctasq; eius oues cōsumpsit, qn̄ eiusdē dęmonis opa, uentus uehemēs oriebat̄, & excussis q̄ttuor domi colūnis, domus ipsa corruit & decē liberos oppressit, qn̄ ipse a dęmone pcutiebat̄ tanta corporis ęgritudine, ꝙ non erat a planta pedis usq; ad uerticē sanitas in eo, quando inq; in hijs oībus deum adorauit, deum laudauit, deo gratias ęgit di, dn̄s dedit &c̄, qn̄ se nō uīdicauit iniuste, qn̄ maleficos ut sibi cōsulerēt ad se nō uocauit, & breuiter nihil iniuste contra dei p̄cepta

ęgit. Tunc demum claruit eius pacientia, tūc illustris fa
ctus est & per totum orbem eius pacientia prędicata,q̄
solum in arabia iustus notus erat, quādo nihil iniqui cō
tra deum dixit,licet spoliatus bonis omībus,licet ulcere
pessimo ꝑcussus,potuisset quidē dixisse,cur armēta qui
bus pauperes cibam,diaboli membra mihi abstulerūt ?
cur oues quarū lana nudos operui,igne cōsumpta sūt ?
Si ego indignus fuissem hijs rebus, ꝓpter pauperes tñ
debuissent a deo p̄seruari,nihil horum dixit,quia nouit
deum oīa recte iuste & utiliter disponere, ideo nō mur
murauit sed cū paciētia gratias ęgit.Sicut ergo deus cō
cessit diabolo potestatē lędendi iustū Iob, in rebus cor-
pore & ꝓlibus,ad ꝓbandā eius pacientiā & eandē ꝑ to-
tum orbē diuulgandā,ita hodie cōcedit dęmoni faculta
tem ut ad maleficia incātatorꝝ,etiā iustos lędat in corpe
& rebus,ut ex ipsa lęsione ꝓbent̄,si pacientiā uerā habe
ant,an ne,sed nec solū homo illustris fit & inter iustos no
minatus,cum in aduersis undecūq̄ ueniant,deo gratias
agit,& nihil illiciti ꝓpterea cōmittit,sed ex huiusmōi pa
cienti malorū sufferentia,magnā sibi meretur coronam
in cœlo,quantū eīn,ut Chri.ait ubi supra, tribulatōes in
tendūtur tantū & retributiōes augentur (& hoc si paciē
ter ferūtur) imo uero plus. quia nō sunt cōdignę passio-
nes huius tēporis ad futurā gloriā quę reuelabit̄ in no-
bis. Vnde si de copia rerū in penuriā cadis deo ꝑmitten
te,si ignis ingruens tuam substātiā absumpsit, & totam
domū tuā populatus est,& agis gratias deo qui ꝓhibe-
re potuit & nō prohibuit,tantam (Chriso. teste) accipies
mercedem quantam si omnia illa in pauperū manus re
posuisses. Cū res ita se habet dilectissimi fratres, si con-
sentiēte deo diabolus,homo malus uel creatura ulla, dā
na inferunt quęcumq̄ sint. non dicatis pati nolo,uindi-
care me uolo, malefici consilium quęram,a blasphemia
me cōtinere nequeo,sed potius gratias deo agite & hoc

facientes non solum nomē habebitis bonū apud deum & homīes, sed & eternam coronam in cœlo, in decuplo meliorem bonis temporalibus amissis, & in hoc habetis quid respondendū sit illis qui dei opera reprobant quotidie dicendo, Cur tali homini iusto & bene in omnibus operanti, tot aduersa accidunt? deficit in cibo potuq; honestus est & patitur defectum, alij nihil boni faciūt & abundāt, iste bona agere uoluit, elemosinas instituere ecclesias fabricare, stipendia ꝓ pauperibus clericis erigere, uenit ignis & totum cōsumpsit, ille bona intentōe ductus pegrinatum iuit, latrociniū passus est uel naufragium, iste bonus & iustus ecclīam intrare uoluit ut deum coleret, uerbaq; eius attēte audire, in uia cecidit tibiam fregit &c̄. Dicendum ꝙ in hæc deus consensit & faciēdi potestatem dedit ex maximo ad illos sic lęsos amore, p hęc em̄ cum ipsi sic tentati in singulis gratias deo agūt, & bene se habent, sibi magnas coronas fabricāt in cœlo & tanto maiores, quāto maiora pacienter ferunt aduersa, & deo gratias dicunt, unde cum lęticia canere habēt cum propheta, supra dorsum meum fabricauerunt, scilicet coronam mihi peccatores.

Quarto admittit diabolo altissimus ut lędat etiam iustos homines quatenus per hoc cognoscatur, ꝙ ipsi colant deum, abstineant a malis faciantq; bona, non principaliter ꝓpter bona pn̄tis tēporis. Duo quippe sunt hominum genera in hoc mundo deum colentiū. Primi sūt qui deum colunt, uenerantur & adorant propter tēporalia tantum, uel a deo cōsequenda uel conseruanda, de quibus propheta ait. Confitebitur tibi cum benefeceris ei, introibit in progenies patrum suorum, usq; ineternū non uidebit lumen, & iterum, deum non inuocauerunt idest intus uocauerūt secundū Augustinū sed temporalia. Trepidauerūt timore ubi non erat timor, quia timuerunt ꝑdicionem terrenorū, non cœlestium. Alij uero

diligũt deũ ꝓpter se, quia scilicet bonus in se sicut casta uxor uirũ suũ in regione longinqua existentẽ, diligit ꝓpter se, q̲a si nihil boni eius sperar et ↄsequi ab eo, adhuc uellet ꝙ bene uiueret, ꝙ sanus esset & ꝑmaneret & sibi ad uota cuncta prospere succederent, ante lęsionem in corpore uel rebus nescitur de homĩe, an sit de secta primorum uel secundorũ deum colentiũ, Prius em̃ quam accedit tentatio, nescitur ex qua causa homo colat deũ, an propter se, an propter temporalia, unde satan de Iob cum tempore prosperitatis suę fideliter deo seruiuit, suspicatus fuit, ꝙ solum hanc seruitutẽ deo propter tẽporalia exhiberet, ait em̃ dño, Nũq̲d Iob gratis colit te, circumuallasti omnia interiora & exteriora eius. q. d. propter tꝑalia seruit tibi, sed extẽde paululũ manum tuam & tange cũcta quę possidet nisi in faciẽ benedixerit tibi q. d. da potestatẽ inuadendi eius tꝑalia & uidebis ꝙ blasphemãdo a te recedet, Quid factũ est? deus admisit, tribulatio accessit, diabolus temporalia sibi abstulit, carnẽ Iob infirmitate grauissima ꝑcussit, quid fecit Iob? in om̃i tentatione illa, deo gratias ęgit, deum laudauit, & sic diabolo os obstructũ est cunctisq; hominibus demõstratũ, ꝙ Iob deũ coluit, nõ propter tꝑalia, Nam eis ablatis, nihilominus in dei cultu permansit, ita hodie si sanus es, si cuncta tibi ꝓspere succedant, nescitur, cur deo seruias, accedat tribulatio, accedat infirmitas sanitatẽ tollens, appropiet aduersitas q̃ temporalia subtrahat, tũc cur deo seruias in lucem deducitur, Si em̃ in aduersis his constitutus, deũ & sanctos eius blasphęmas, si pro liberatione ad maleficos festinas aut alia contra deum iniqua agis, cõstat ꝙ deum solum propter temporalia colis, Si uero nihilomĩus temporalibus ablatis in dei seruitute persistis, deo gratias agis, incantatores nõ uocas, & cętera iniqua pro tui liberatione nõ agis, constat ꝙ deum ꝓpter se & nõ propter temporalia ueneraris, Cognoscite hoc

a simili. Si quis tibi seruit dumtaxat propter mercedem temporalē, quid fit? Nonne φ̄ diu largiris mercedē, seruit tibi? si manū̄ retrahis, premium negas, relinquit te & alium quęrit dominū, sic faciunt multi, dū deus aufert temporalia, eum relinquūt, maleficos quęrūt, unde euidenter cōstat, ꝙ deum propter sola temporalia colūt, nō sic fecerunt sancti martyres, cęteriq́ꝫ iusti dei famuli Nā ablatis temporalibus, cruciatiq́ꝫ in corpore, potius uitā & res quā deum relinquere uoluerunt, Vnde euidēter constabat, ꝙ deum nō coluerūt propter uitam tpalē aut transitoria bona, sed ex amore filiali, ut tandē sicut fideles filij ꝑuenirēt ad uidendā faciem patris in cœlo, eūq́ꝫ laudandum in sęculū sęculi, Hanc causam tangit Augustinus psalmo. xliij. circa medium. Quinto datur a domino deo potestas dęmonibus, ut lędant homīes in corpore & rebus, ad custodiā humilitatis, timoris & inuocationis ꝓtectionis dei, quanta namq́ꝫ peccata & damna sequantur eos, quos deus hic nō flagellat, Regius ꝓpheta ostendit, p̄s, lxxij. de eis ita loquens, Nō est respectus morti eorū & firmamentū in plaga eorum, in labore hominū non sunt, & cū hominibus nō flagellabuntur, sed quo damno? Ideo tenuit eos superbia eorū, operti sunt iniquitate & impietate sua, prodijt quasi exadipe iniquitas eorū, & cętera q̄ sequūtur, Vnde ex mera misericordia, sicut habens amatū equum utitur fręno quo ipsum equū teneat ne cadat, ita deus utit̄ tentatiōibus q̄bus suos tenet famulos, ne cadant in suꝑbiā, putētq́ꝫ se hic esse securos, & ideo ab inuocatione diuini auxili abstineant, Quis em̄ suꝑbiēdo de suis uiribus p̄sumet, & se hic securum esse existimabit, aut quotidie ab inuocatiōe ꝓtectionis quiescet, qui scit, certū habet, & om̄i die experitur, ꝙ deo permittente diabolus, homoq́ꝫ maleficus ipsum supprimere & in uno die cum Iob totam suam substātiā perdere potest? unde sicut q̄semel corporalit̄ fuit a dę

mone possessus & dei gratia liberatus, semper est in hu militate & timore, & inuocatiõe defensionis erga domi num deũ, propter q̊d q̃dã hęremita uir mirę sanctitatis & abstinentię, qui & tantam gratiã habuit ad dęmones expellẽdos, ꝙ episcopi, comites & potestates eũ pro be nedictione cõsequẽda accesserunt, cũ ex hoc bonus uir in se sentiret oriri quandã mentis elationem, orauit dominum ut per quinq; menses sineret eum uexari a diabolo, sicq; similis fieret illis quos curauerat, factum est ut petijt possessus a dęmone uinculatus, & mense quĩto liberatus fuit, non solum a dęmone, sed & a mentis elatione, prout refert postumianus sancti Martini discipulus, & allegat Seuerus libro primo dialogorum capitulo. xiiij. ita ualde ad timorem dei atq; humilitatem ducit certa scientia, ꝙ dęmon permissus, potest nõ solum possidere & lędere in corpe, sed & in rebus. Ex hac causa cognouerũt, & Regius propheta, & electiõis uas sanctus Paulus sibi a deo tribulatiões missas. Cõfitetur eñ hoc Dauid psalmo. c. xvi. ubi cum dixisset, multiplicata est sup me iniquitas supborũ, coagulatũ est sicut lac cor eorum idest indurati sunt in malo, sequitur, bonum mihi domine ꝙ humiliasti me idest diuersis tentatiõibus me ad humilitatem reduxisti. Confitetur idem beatissimus Paulus, Nam cum de se magna recitasset, quomodo scilicet in tertium cœlum raptus fuisset & audiuisset quę non licet homini loqui, subdit secũdo Cor. xij. ne magnitudo reuelationum me extollat, datus est mihi stimulus angelus satanę ut me colaphiset. q. d. secundũ Chri. Deus quidem potuit continere persecutiões & tribulationes meas, sed quia raptus sum in cœlum, ne propterea extollar, permisit huiusmodi persecutiones contra me. Si igit̃ Dauid & sãctus paulus, ne hic supbirẽt, & q̃i securi a timore dei & quotidiana diuini auxilij imploratiõe abstinerẽt, passi sunt a diabolo & mẽbris eius, & ĩ corpe

& rebus persecutiones, non mirum, si nos qui nō sumus tantę sanctitatis, patimur a diabolo & eius seruulis aduersa, ut sic humiliemur, deūq; timeamus & eius protectionē quotidie super nos inuocemus, Et ex hoc etiā patet error eorum, qui dicūt malefici nihil contra me efficient, quia firmam fidem habeo in deum. Nōne Paulus firmam habuit in dominū, & tamen colaphisatus a diabolo, sic Dauid & tamen persecutus a Saul, sed ut humiliarētur, cōcessū est a deo, Ita adhuc hodie, licet sanctus sis, licet firmam habeas fidem, ad tui humilitatem, & ex causa dicta potest admittere dn̄s deus ut ad maleficia incantatorū te lędat, uel in corpore ul' rebus ip̄e diabolus

Sexto cocedit deus potestatem diabolo & eius membris lędendi etiam honeste uiuentes in corpore uel rebus & hoc in laudem & gloriam lęsorum, in eorundem consolationem, aliorum uero male uiuentium doctrinā timorem, & conclusionem, Primum in laudem & gloriā bonorum permittit deus ut lędantur & hoc cognoscite a simili, non utiq; magna res est si bellator in strage non fugit, cum nullus uulnus acceperit, cum nemo eū inuaserit, nemoq; eum fugauerit, nō grandis res est, si manet stans & erectus murus, si nullus fluminis impetus eundem impetit, non mirum si turris permanet, cum cōtra eam nulla machina permittitur, non extollendum, si arbor in terra radices & in frondibus fructus conseruat, si ualidus contra eam nō procedit uentus, sed res magna & digna laude existit, si bellator non fugit, licet fortiter impugnatus, dum murus stat cum torrens fluminis impetus, cōtra eūdem cōmouetur, si turris permanet, quāuis fortissima contra eam machinamēta mittantur, Arbor si non cadit, neq; fructus demittit, licet ualidi cōtra eam insurgant uenti, sicut nō magnū est si homo in iusticia permanet, gratias deo agit phytones nō consulit, cū in nullo lęditur, cum nihil sibi deest, sed cuncta ad libitū

eueniunt,ſed hoc magnum eſt, & ad aſtra uſq tollendũ ſi homo a iuſticia non labitur,deo gratias perſoluit, prę cepta eius implet,carminatrices nõ accedit cõtra deum nõ murmurat,licet temporalia ſua pereant,licet ęgritu-dinem incidat,licet ubiq aduerſitas circumueniat.Quẽ admodũ laude digni erant tres pueri,dum potius flam-mam ignis elegerunt quã Idolum adorare, dicentes mi nanti regi.Notum tibi ſit rex ꝙ dijs tuis nõ ſeruimus,& imaginem auream a te erectam nõ adoramus Dani. iij. Sic cõmendabilis res erat in ſeptem filijs dum malue-runt carere manibus ac pedibus, & excoriari capita,ꝙ legem dei comedendo porcinas carnes tranſgredi, ꝓut habetur. ij. Macha.vij. Sic triumphalis erat in apoſtolis & martyribus dum a prędicatiõe cõfeſſioneq ueritatis non deſtiterunt,licet caperẽtur,carceribus mancipar ẽ-tur,flagellarẽtur, & duriſſimis cruciatibus uſq ad mor tem afficerentur,ſcientes ꝙ hęc omnia, iuſte a deo ꝑmit terentur, ad eorum gloriam coronamq ſic promerẽdã. Datur etiam diabolo & membris eius poteſtas lędendi bonos in conſolationẽ eorum,Magna quidem conſola-tio eſt,cum bene uiuis,neminem lędis,omnibus prodeſ deum ueneraris,& pręcepta eius imples,ſi in hijs omni-bus uexaris,tribularis,atq tentationes uarias propte-rea incurris.Certum enim ſignum eſt,quia ad beatitudi nem pertines,quia amicus dei, quia filius dei es, De pri mo teſtatus eſt dominus ipſe di.beati eritis,cũ maledix-erint uos homines,& perſecuti uos fuerint, & dixerint omẽ malum aduerſum uos mentiẽtes,propter me, gau dete & exultate,quia merces ueſtra copioſa eſt in cœlis Matthę.v. Ex clamauit idẽ Iacobus capitulo ſuo primo di.beatus uir qui ſuffert tentationem quoniã cum ꝓba-tus fuerit,accipiet coronã uitę, quia repromiſit deus di ligentibus ſe.Concordat Petrus.i.pe.iij.Quis inquit eſt q uobis noceat, ſi boni emulatores fueritis , ſed & ſi qd

patimini propter iusticiam beati, Innuit idem Regius ꝓpheta, psalmo.lxxxix. Postq̄ em̄ inquit, Quis nouit potestatem irę tuę & p̄timore tuo iram tuam dinumerare q.d. secundum Augustinum, Pauci sunt qui iram tuam domine noscūt, Nōnulli etenim iudicant deū eis esse mā suetum cum nō flagellat, cū plus protunc irascatur, subdit, dexteram tuam sic notam fac, sic idest per tribulationes, per aduersa, notam fac dexterā tuam idest da iudicium, q sic pacienter ferentes talia aduersa pertineāt tāq̄ amici, tāq̄ filij tui ad dexteram quibus dices, uenite benedicti patris mei percipite regnū quoduobis paratum est ab origine mundi. quod uero tentatio bonorum iudicet eos esse de numero dei amicorū, patet inspiciēdo scripturam, & in ea inquirēdo quid hic cum amicis dei actum sit. Considerate primum Abel quid fecit: deo de melioribus obtulit, quid inde secutum est: Propterea a fratre suo in agro occisus est, Admisit deus ex amicicia, ut qui prius meruit sacrificij oblatione coronam unam pacienter ferendo merendo iniustam occisionem mereretur multo meliorem coronā alteram, Aspicite Moysē defendit proximum ab iniusto inuasore, quid actum est Inde fuit ita artatus q relinquere patriam necesse fuit. Conspicite dauid dei amicum, nonne licet electus, & in regem unctus, regnum tamen nō nisi per maximas tribulationes obtinuit, intuemini filios Israel ex q̄bus tāq̄ amicis dominus ipse carnem suscipere uoluit, Nōne terram promissionis primus post multas miserias in deserto ꝑpessas ingressi sunt: uidete omnes prophetas ueteris testamenti, inuenietis omnes persecutiones malorū pertulisse, Ite ad nouum testamētum & addiscite, quid cum amicis dei actum sit. De apostolis quidem ipse dominus dixit, non dicam iam uos seruos, sed amicos, sed quid nomine omniū apostolus Paulus dixerit, scitis, ait

enim.i.Cor.iiij. Vsq; ad prҫsentem horam & esurimus & sitimus & nudi degimus, Colaphisamur, instabiles sumus, laboramus manibus nostris, maledicimur, persecutionem patimur, blasphemamur, tanq̃ purgamenta huius mundi facti sumus omniũ peripsema usq; adhuc & iterum ҫstimati sumus sicut oues occisionis, Inspicite matrem electissimã prҫ omnibus dilectissimam dei amicam, gloriosam uirginem Mariã, & inuenietis q̃ doloris gladius cor eius perforauit. Quid plura? ut uerbis utar apostoli, omnes amici dei qui pie uixerunt in christo, p̱secutiõem passi sunt propter iusticiam. Nemo ergo turbetur si bene uiuens uexatur nunc a dҫmone, nũc a malo homine, sed glorietur, quia spem habet se esse de numero amicorum dei, sed gaudeat secundum exhortationem Iacobi apostoli ubi supra dicentis. Omne gaudiũ existimate fratres mei cum in uarias tentationes incideritis &c̃. Nec solum gaudeat, quia signum amiciciҫ dei in tribulationibus habet, sed quod multo gloriosius est iudicium habet q̃ filius dei est. Testis est Paulus ad Hebrҫ.xij. ita dicens, In disciplina perseuerate, tãq̃ filijs offert se deus, quem diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit, & ut hoc certi sitis, filio unigenito suo non pepercit. Non mirum ergo, si nec adoptatis parcat filijs. Ecce si bonus es, & persecutionẽ pateris, quantam habes consolationem, quia euidẽs argumẽtum est te esse dei filium, dei amicum, te quoq; ad cœlum pertinere, grana siquidem postq̃ tribula passa sunt, in granaria primum reponuntur. Et botri cum torcularia sustinuerũt in cellaria recluduntur qui uero torcularia fugiunt, nonne a feris & glaciali hyeme consumunt? si qui nolunt tribulationẽ, nolunt esse filij dei nolunt deduci ad regnum, & grana quҫ tribulam fugiunt nonne cũ palea in horreo relinquũt a muribus cҫterisq;

uermibus corrodēda. Sed nec solum tribulatiões unde cūq; ueniāt iustis magnā afferūt eisdē cōsolationē, uerū etiam malis adducūt doctrinam, timorem & conclusionem, doctrinam, cū em iuste & catholicę uiuētes, quotidie nil nisi labores nisi tribulatiões, nisi aduersa pati, & in huiusmodi erūnis hinc discedere, si ratione utunt̄, cogitare habēt aliud esse sęculū, inquo retributio bonorū atq; operum malorꝫ fiat, Nam si homo iustus, alium sibi laborantē, eiusq; utilitatem & honorē ꝓcurantem, irremuneratū a se abire non sinit, quomodo deus iustus, illos absq; mercede merita dimitteret? qui pro eius honore, & obedientia omibus quasi diebus uitę suę paciēter in miserijs uiuūt. Cum igitur hic nulla pro suis meritis consequantur premia, aliud esse sęculum inquo ipsi ꝓ suis laboribus coronā recipiant necesse est, huiusmodi cōsideratione beatus Paulus in se cōmouit cū ait. i. Cor. xv. Si in hac uita tantum sperantes sumus, intellige si in hac uita tantum pro bonis operibus quę fecimus, & ad uersis quę sustinuimus speramus cōsequi retributionē miserabiliores inquit sumus in omnibus hominibus. q. d. Cęteri in uoluptatibus (ut libet) uiuunt, alijs etiā male uiuentibus uniuersa prospere succedunt, nos autē (ut subdit (periclitamur omni hora, semperq; in mortē tradimur, & propter deum mortificamur tota die, si igitur nobis post hanc uitam nō erit merces, miseriores existimus omnibus in mundo uiuentibus, itaq; si uides male uiuētes gloriari, diesq; ducere lętos, Iustos uero undiq; turbari, affligi & in cruciatibus atq; pauperie uitam finire, dic intra te, nisi futura esset resurrectio, cum iudicio. nūquā deus hunc iustum hominem, propter se tantas miserias pacienter passum, hinc migrare permisisset Vnde sic firma nobis fides futuri fieret iudicij. Omnipotēs deus noluit pugnare primitiuos martyres ī ecclesia dei contra iniustos inuasores, quēadmodū factū est tēpore

sinagogę iudęorꝝ, illo enim tempore gladijs & fustibus iusti iniustos hostes debellarunt, unde si pugnassent nostri martyres pro uitę suę temporalis cōseruatiōe, & deus eis sicut in ueteri testamēto Machabęis astitisset, posset alicui uideri per huiusmodi liberationē deum dedisse iustis suis retributionē bonorum operum Quia uero cōtempserunt pręsentē uitam & omēs penas pacienter usq; in mortē pertulere, in hoc fidem fecerunt nobis de alia uita, inqua reddatur unicuiq; secundum opera sua. Mens est Augustini psalmo.lv.in fine. Mali etiam cū uident iuste uiuentes uexari, nūc a dęmonibus nunc a malis hominibus, merito cōcutiuntur timore, cum namq; sciunt se nil boni agere, cæteros uero qui bene agunt, semper flagellari hic ex iusta dei permissione aspiciunt, cogitare habēt necessario futurū esse tempus in quo & ipsi sēsuri sint acerbiora dei flagella iuxta mala opa sua, hāc malorum hoīm cōsiderationē habendam, cū iustos affligi uident, Petrus habere uoluit cum ait.i.pe.iiij. Tēpus est scilicet hic, ut incipiat iudicium, intellige correctionis p tribulationes, a domo dei idest a iustis, qui hic sunt uiuens templum dei, & subdit. Si autem primum a nobis qui scilicet sumus domus dei incipit iudicium correctionis, quis finis eorum qui nō credunt dei euangelio idest q male uiuūt cōtra dei pcepta in euāgelijs cōtēta? q.d. putatis q ipsi impune euadant, qui modo gloriantur in malicia, cū nos hic domus dei existētes, tribulamur in pena, & addit. Si iustus (scilicet iuditio hoīm) uix saluabitur, quia per multos labores, multasq; tribulationes, prout constat de omnibus apostolis & martyribus, peccator & impius ubi parebunt? q.d. non inuenientur in cœlo, quia per uiam tribulatiōis (qua in cœlum itur) hic non transierūt, sed neq; locus eorum inuenitē in mundo, relinquitur ergo q habitatio eorū sit in grauissimis penis in inferno. Hanc quoq; meditationē dn̄s ipse cum

ad mortẽ duceretur iudeis proposuit cũ dixit, Lu. xxiij. Si in uiridi ligno idest in me qui sicut lignũ uiride florui multis odorum uirtutibus, hęc (scilicet uituperia flagel lationes, cõspuitiões &c̃) faciunt, in arido idest in malis qui nullum diuinę gratię humorem habent, nullũq; bo norum operum fructum ferũt, quid fiet? Talem etiam oculum habendũ malis, cum uident bonos affligi hic, ꝓ phetę ueteris testa. multipliciter hortati sunt. Vñ Isaię xxxij. capitulo ait in ꝑsona domini, Super humũ populi mei, spinę & uepres idest diuersę miserię ascendẽt, quan to magis super omnes domos gaudij, ciuitatis exultan= tis, scilicet in uarijs delicijs. Et Ieremias. ca. xlv. ait. hęc dicit dñs. Ecce q̃s ędificaui, scilicet uirtutibus intus, ego destruo, per tribulatiões exterius, & quos plantaui, do= nis meis, ego euello, per mortificationẽ, & tu quęris tibi gaudia? scilicet in peccatis, noli quęrere quia ecce ego adducã mala suꝑ omnẽ carnem idest oĩem hominẽ car naliter uiuentẽ. Et. xlix. c. Ecce quibus nõ erat iudicium ut biberẽt calicem dñi idest qui iudicio hoĩm putabanť correctionẽ per aduersitates demeruisse, bibẽtes bibẽt idest sustinebũt aduersa, Et tu, qui scilicet male uiuis & pœna dignus es, innocens eris, hoc est sine pœna eua= des, Cõcludit, non eris innocens, sed bibens bibes, itaq; si uides honestum hominem maleficiari, aut incantati= onibus deo permittente, priuari sanitate corporis, cęte risq; rebus, aut pręter incantationẽ multipliciter tribu= lari Cogita, O si tantę probitatis homo sic a domĩo ꝑmit titur hic flagellari, quid mihi fiet alibi, qui male contra dei & ecclesię suę mandata nunc uiuo, & ex illo timore cauebis futura mala, de pręteritisq; pœnitentiã ages, ut eterna flagella euadas. Demum per flagellationem iu= storum, obstruitur os iniquorum dicentiũ, hęc bona pu to ieiunare, caste uiuere, temperantiam habere, iustitiã ad omnes seruare, hęc mala, cõtemptum, iniuriam, con=

tumelias, iniustam mei oppressionem mihi illatam, tantum dolorē in corpore sufferre nequeo, prout sancti patres ante me pertulerunt, nō fuerunt ipsi homines sicut ego, hoc quidem dicere non possunt, eo ipso enim ꝙ aduersa semper hic sustinuerūt, cōuincūtur homines fuisse similis naturę nobiscum, si quidē nihil molesti hic fuissent perpessi, posset quis cogitare ipos alterius naturę a nobis fuisse, quia autem molestias passi sunt plures ꝙ̄ nos, euidenter constat ipsos eiusdem naturę homiēs nobiscum fuisse, unde ex illo capite beatus Iacobus Heliā probare uoluit hominem nobis similem, Cum ait capitulo.v. Helias hō erat, passibilis similis nobis. Et beatus Paulus cum sibi & Barnabę quidam gentiles uidentes miracula eorum, tanꝙ̄ dijs uolebant uictimas offerre, se esse similes eis homines per aduersitatum tolerātiam probauit di. Viri quid hęc facitis, & nos mortales sumus similes uobis homines, unde & statim ibidem in signū ꝙ passibiles essent & sic homines sicut cæteri, Paulus ipse lapidatus fuit, & inter lapides tanquam mortuus ęstimatus relictus. Sic ergo eo ipso ꝙ iusti patiunt̄ tribulationes, nunc a diabolo nunc a membris eiusdem, conuincuntur similis essē naturę homines nobiscum, Quapropter obmutescant impacientes, excusationesqꝫ peccatorum suorum uane inquirentes, tantum de causa sexta.

Septimo admittit deus homines etiam iustos tribulari a malis, sint dęmones, homiēs uel alię creaturę, in satisfactionem pœnarum temporalium, deo pro culpis dimissis debitarū, licet em̄ per cōtritionē uerā, deus dimittat culpam, ita ꝙ peccatorē cōtritū rite, nō uelit amplius punire eternaliter propter delicta sua, ex iusticia tn̄ exigit quandam pœnam temporalem, pro dimissis culpis ab eodem, nisi tanta sit contritio, quod etiam totam pœnam hāc tpalē tollat Cū itaqꝫ ex misericordia deus pœnitenti dimittit pœnam eternā, & eam cōmutat in tpalem

oportet ꝙ penitens ipse talem penam temporalē hic sol uat deo uel alibi.Et quia alibi cum maxima anxietate in purgatorio hæc soluit̄ pena,hinc exclementia deus dul cissimus mittit,hic aduersa & tribulationes,hijs qui pe- nę illius debito ab huiusmodi debito absoluantur, facit ergo deus cum suis iustis, quod artifices agunt cū suis rebus materialibus,quibus ad fabricas operaq̧ sua utū tur. Aurifaber quippe si aurum habet immūdū,quo de corare uult honoris uasa, ipsum in ignem mittit, donec ĩmundicia tollatur. Et lapicida,lapides ad incorporādū muro ineptos, malleo, ferrisq̧ id quod in eis mōtosum est p̄scindit,sicq̧ politos muro imponit,lignarius faber, lignum curuum,securi aptat ut edificio congruat Et me dicus egroto ut malam atq̧ peccantē ab eo materiā edu cat,sirupos cōficit amaros & potādos sibi tribuit, Ita de us omnipotens si in suis uidelicet ĩmundicias,p tribula- tionis ignem,quē mittit purgare conatur, & si quid cur ui aut inepti in eis cōsiderat,per securim aduersitatis cu pit amputare,si materiam malam peccantē & a uita per petua ĩpedientem in illis intuetur,apponit sirupos ama rę lęsionis,ut nocens materia eijciat̄ Igitur qui pati recu sat tribulationes pręsentis uitę, recusat purgari, recusat ad regnum aptari,recusat sanari.ideoq̧ non mirū si tāq̧ immūdus & ineptus eijciatur foras in tenebras exterio res Et iuste quidem,quia contemnit medicū suum sper- nit purgatorē suum,abijcit politorē suum, & quidē me dicus noster,nos ĩfirmi eius sumus,faciamus igit̄ quod infirmorū est.Et quid hoc est? Expectare medicinā a me dico, eam oblatam pacienter sumere,sicut medici est,cō siderare quā medicinam porrigat, an sectiōem an ustio nem,an pillulas,an sirupum. Altissimus deus tanq̧ peri tus medicus nouit quid nobis expediat, credamus sibi quantum homini medico. Si homo medicus peritus & expertus.qui tamē fallere & falli potest, dicit tibi ęgro-

tanti, sanaberis si amarum hunc potum bibes, credis & bibis, Si dicit sanaberis, si uram, si secam te credis, ligaturã, ustionẽ sectionẽ pateris, crede ergo si sanari uis & uiuere eterna uita cœlesti medico, qui nec errare neq́ decipi potest, dum tibi mittit de cœlo medicinam, quã? tribulationes, dolores, aduersitates, passiões, angustias, cęteraq́ amara, crede inq́ cum dicit tibi, bibe amarum hunc calicem, bibe ut uiuas, bibe & sanaberis, Crede, sume hunc potum, fer paciẽter ustionẽ eius, sectionẽ eius quia nõ nocet hęc medicina, licet amara, sed prodest. & ut ęgrotus, omni timore, omni quoq́ suspitione sinistra careret, ipse medicus cœlestis, prius hunc calicem amarum bibit, Dic mihi quid amari habes tibi datum a medico deo, quod prius in calice non biberit suo, si tibi offertur cõtumelia, prior cum dęmões eijceret audiuit, in beelzebub eiecit dęmonia, si dolores abominaris, prius ipse flagellatus, coronatus, crucifixus est, si mortẽ times mortuus est. si gñs mortis horrescis, ignominiosissimã mortem subijt. & ut uno dicam uerbo, quicqnid tribulationis, quicquid aduersitatis tibi iste de cœlo medicus pro medicina offert, ipse prius idem assumpsit. Vnde si contra medicum talem murmuras, si medicũ hunc blasphemas, si medicinam eius inepte repellis, quę spes salutis, quę spes uitę tibi esse potest? Aspice iudęos, uenit ad eos, obtulit medicinã suam, spreuerunt eum, blasphemarunt eum, quid actum est? dereliquit eos medicus, sicq́ inciderunt eternam mortem. Est deniq́ purgator est politor noster, si purgari non uis, si poliri per tribulationes inique refugis, Iuste tanq̃ imundus tanq̃ curuus ab ędificio cœlestis ciuitatis in lacũ miseriarũ reijcieris. Ex hoc discite primo, pacientiã habere in omnibus aduersis, ita pacientiam q̃ nihil iniquũ propter aduersitatum repulsam faciendã agatis. Exempli gratia, maleficiatus es, inde infirmus factus &c̃. Ab alio iniuste spoli-

atus rebus tuis,non accede incantatorē,carminatricē ue noli te uindicare &c̄.Cogita in om̄i aduersitate hoc,ali= quando contra deum peccasti,unde sibi in pœna multa obligatus existis,im̄undū, curuum, teipsum fecisti, nūc per hęc aduersa deus omnipotens exigit, a te piam solu tionem,uult acceptare solidum hic unum,pro mille ali= bi soluēdis, uult te purgare, uult a te curuitatē auferre ut aptus efficiaris ad regnum suum,hęc quidem cogitā do,pacienter feres & sibi gratias ages in omnibus, imi= tans illum qui ait,in omnibus gratias agite.i.ad Thessa. v. Discite secundo,non iudicare hominem, tanq̄ a deo reprobatum,si ab alijs quotidie turbatur,uexaturq̄, cū perit non solum in rebus, sed & horrenda morte amit tit uitam,puta a latronibus occiditur, ab iniquis domus eius incenditur, perditurq̄ sic tota substantia sua. a de= tractoribus falsum crimen si imponitur, a prędonibus temporalia sua rapiuntur,& sic de similibus.Nolite inq̄ iudicare,q̄ propter ista īcomoda,homo iste sit a deo de= relictus, cogitate potius,per ista aduersa deus uult hūc hominem purgare & ita mundatū ad regnum suum de ducere. De hoc pulchre loquit̄ Gregorius.xi. li. mora. capitulo.i. super illa uerba Iob, abundant tabernacula prędonū &c̄.ita di. Quod prędones peruerse hoc dispē sator ęquissimus non nisi iuste permittit, ut & is,qui ra= pere sinitur,cęcatus mente culpam augeat, & is qui ra= pinam patitur.iam in eiusdem rapinę damno,pro alia q̄ ante ꝑpetrauerat culpa feriatur, addens ad exemplum quidam in montis fauce cōstitutus,insidiat̄ itinerātibus sed is qui inique ęgit aliquando tale iter uadit,eiq̄ om= nipotens deus malum suum in pręsenti uita retribuere uolens,tradit hunc manibus insidiatorum,qui ipsum ul' spoliant rebus,aut interimūt,Quod ergo prędo iniuste appetijt, hoc ęquissimus iudex iuste fieri permisit ut & ille reciperet,quod iniuste fecerat, & iste grauius qn̄q̄

feriatur, per cuius nequissimam uoluntatem, culpam in altero deus iuste uindicauit, ille purgatur, qui opprimitur, in isto reatus augetur qui opprimit, cum illo misericorditer agitur ut peccatum finiat, cum isto districte, ut multiplicet, nisi ad pœnitētiam recurrat, in illo mala purgantur, dum uim sustinet, in isto cumulantur dum facit, ut uel de profundo nequiciȩ, quandoq; ad pœnitētiam redeat, uel non reuertens, tanto grauius eterna damnatione feriatur, quanto diutius est in sua iniquitate toleratus. Hȩc Gregorius, Huic alludit quod legitur tertio Regum. xiij, de gad. propheta, qui deo ordinante propter inobedientiam quā quasi ignorans cōmisit fuit a leone occisus in uia, Vbi glosa margi. inquit hic ostendit꜖ ꝙ peccatum inobedientiȩ per mortem fuit laxatum (intellige quo ad omnem pœnam) quia iste idē leo, qui uiuentem prȩsumpsit occidere, ausus contingere non est occisum, qui enim occidendi habuit potestatem de occisi cadauere comedendi licētiam non accepit, quia is cuius culpa in uita fuerat punita, erat iam iustus ex morte Recte ergo sicut ille propheta per mortem quā sponte passus est, meruit remissionem totius pœnȩ quā per inobedientiȩ culpam demeruerat, & per mortem hanc totum peccatum perfecte deleuit, ita sȩpe fit ꝙ deus uolens homīem hic satisfacere pro peccatis suis, mittit sibi nunc per diabolum nunc per hominē malum, nunc per alias creaturas, aduersitates, tribulatiōes, passionesq; ut per illas pacienter passas, soluat id quod deo tenet꜖, sicq; liberius hinc ad patriā uadere possit, Solus ergo ille inter aduersa murmuret, qui peccatum non fecit, qui debitor dei nō est, sed qs est hic & laudabimus eū.

Octauo admittit deus dȩmones, malos homines uel aliam creaturam lȩsionem inferre homini, ut per hoc recognoscat se peccasse aliquando contra deum, sicque pœniteat, & in futurum cautius mercari discat.

Mos quippe dei est, ut placet sancto Chriso. Omelia.iij. facta in Anthiochia prope finem, cum peccamus, nõ statim peccatis irruit deus, sed tempus pœnitentię pręfinit quo nr̃am cõuersionem expectat, inquo si non pœnitemus, nec corrigimur, sed ita uiuimus, ac si peccata nostra omnino deleta sint, aut a dei memoria excisa, Cũ nõ putamus ipse domius deus cum flagello uenit, ut recordationem peccatorum nostrorũ nobis faciat, & ut humili & contrito corde dicamus, iuste hęc sustinemus, quia peccauimus, iniuste ęgimus, iniquitatem fecimus. Exẽplo fratrum Ioseph, qui ante punitionẽ per tredecim annos peccata sua nõ sentiebant, in ęgipto uero capti & tãq̃ exploratores patrięq; proditores accusati, ac de uita sua timentes, peccatũ fraternę uenditionis primum confiteri inceperũt, dicentes, Merito hęc patimur, quia peccauimus in fratrẽ nostrum. &c̃. Geñ. xlij. Huiusmõi causam tangit propheta Regius psalmo. lxxxviij. cum in p̃sona dei patris loquitur di. Si dereliquerint filij eius (scilicet christi filij sui) hoc est christiani, legem meam & in iudicijs meis nõ ambulauerint, si iusticias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint, quid facias o pater misericordiarũ? uisitabo in uirga iniquitates eorum & in uerberibus peccata eorum, Facies autem hoc ex ira & sęueritate ad christianos male uiuentes? Non. quare nõ? quia misericordiã meam nõ dispergam ab eo scilicet populo catholico. q. d. Cum percutio cum flagello, misericordiam exhibeo neq; nocebo in ueritate mea ac si diceret, cum flagello, nolite cogitare q flagellando noceam, imo prosum, quia per hoc uolo uos recognoscere culpas uestras ut eas plangatis, infuturumq; melius caueatis; Reuoluite utriusq; testamẽti uolumina, sp̃ inuenietis dominũ deum suos flagellasse, cum peccata cõmissa ipsi in se per ueram pœnitentiã punire neglexerunt, in ueteri quidẽ lege constat, deum tunc misisse nũc

bella nunc famē, nunc mortalitatē, cū cultū dei reliquerūt legēq̃ datā preuaricati fuere ut sic pctā sua recognoscerēt & p uerā pœnitentiā delerēt, & in nouo testamēto Ioan. v. dn̄s ipse hoīem īsinuat. xxxviij. ānis corpali infirmitate ut pctā sua recognosceret & īfuturū pcaueret, fuisse pcussū, un̄ di. ad eū, ecce iā sanus factus uade & noli āplius peccare, ne tibi deterius cōtigat. Et, i. Cor. v. btūs apl'us Paulus hoīem luxuriosū tradidit ad uexādū satanę, ut postea liberatus recognosceret pctā sua ptā & futura uitaret. Ex hac causa patet prīo, q̃ dānose agāt, q in flagell' sibi a deo missis deū blasphemāt, cōtra ipsū murmurāt, sese uindicāt aut iniqs medijs se a flagellorū ictibus eripere laborant, apte em̄ in hoc ptestant̄, uelle paterna carere hęreditate, si qdē ille filius q prēm flagellātē odit, psequit̄, & oīno relinquit, īdicat se céder ebonis pr̄nis, pditq̃ se de illorū nūero eē, q̄rū punitio a deo hic incipit ut alibi cōtiuet̄ ppetuo, Patet scd'o error illorū q inter flagella murmurādo clamāt, se hmōi nō demeruisse aduersa, mētiūt̄, nā ut patuit ex v̄bis dauid pctīs debētur uirga & uerbera, q ergo se asserit nō demeruisse flagellationē, asserit se nō hr̄e pctm̄, q hoc de se dicit ueritatē nō loquit̄, nec in eo ut Ioānes ait, ueritas ē, Cōtra hos supbe se iustificantes loquit̄ Isido. li. i. solilo, non dicas quare sustineo mala, sed magis dicas peccaui, ut erā dignus nō recipio, equalē uindictā pcti mei non sentio, minus me pcussū q̃ merebar cognosco, iuxta modū crimis minor est retributio ultionis nō sunt tāta supplicia q̄nta extiterūt pctā, & post pauca subdit, si uis purgari in pœna te accusa & dei iusticiā lauda, ad purgationē tuā pficit, si ea q̄ pateris ad iusticiā retuleris. Tertio patet illos deuiare, q cum p aliq re, q̄ non cōmiserūt flagellāt̄, puta p furto ul' homicidio aut latrocinio, īciuitate nemore & silibus cōmisso, capiunt̄, incarcerant̄, torquent̄, a patria pscribunt̄, bonis suis spoliātur, a malis quibus pfuerūt

damna patiunt̃ dicunt hanc ꝑsecutionẽ nõ demerui, in=
iuste hãc patior uexationẽ &c̃. Nõ cõsiderantes ꝙ licet
fratres Ioseph, nõ ad ꝑditionẽ faciẽdã in egiptũ sed solũ
cibũ emendũ egiptũ ingressi fuissent, fuerũt tñ incarce=
rati tanꝗ exploratores, dixerũt tñ assignãtes aliud pec=
catũ quo hanc incarceratione demeruerũt, merito hęc
patimur, qa peccauimus in fratrẽ nr̃m, ita omi homĩ faci
endũ est, si ꝑ malefacto q̊d non fecit ꝑsecutionẽ patit̃, di
cat & si hãc tribulationẽ in isto malo de quo accusor nõ
demeruerĩ, peccaui tñ sępe alias contra deum, ꝑpter q̊d
misit mihi hmõi tentationẽ & iuste ut peccatorũ meorũ
memor pœniteã, & in futurũ cautior efficiar, quatenus
grauiora dei uerbera euadam. Nono admittit deus
illationẽ damnoꝵ fieri etiã bonis & innocẽtibus, ad ĩpe
diendũ tales p hęc in malis opibus, repiunt̃ multi si sani
essẽt, si diuitijs, si honoribus si potẽtia fulgerẽt, hęc ad ar
ma iniqtatis sũerẽt, & cũ p illa deũ uenerari deberẽt, i di
aboli cultũ cuncta uerterẽt, uident̃ multi robusti & sani
q corpis uiribus ad opprimẽdũ cęteros cõtra iusticiam
utunt̃, multi diuites q ad luxuriã, gulam, & dãnabilẽ su=
pbię pompã exẽplo diuitis epulõis in sui pditionẽ diui=
cias exponũt, mlti honoribus & potẽtia p̃diti ita excęcãt
ut oĩa q̃ libent licita eis credant̃, Repiunt̃ multi q si diu
tius uiuerẽt forte mala uita puersorũ seducerent̃, filijꝗ
dãnatiõis finalit̃ redderent̃ Omĩpotẽs ergo deus uolẽs
hęc spũalia damna ab hmõi hoĩbus auertere, aliqñ p di
abolũ, aliqñ p malũ hoĩem, aliqñ per alias creaturas au=
fert, nũc tpales facultates, nũc potentiã, nũc honorẽ, nũc
corpis sanitatẽ, nunc q̊ꝗ uitã ipsam corpalẽ, illis hoĩbus
quos pręuidet hmõi abusuros, Sed ne putetis ꝙ hęc de
me sumpserim, audite de hoc scripturã, Sapientię nãꝗ
iiij. ita dicit̃ de homĩe iusto & innocente placens deo, fa
ctus dilectus & uiuens inter peccatores, translatus est,
aptus ẽ, ne malicia mutaret intellectũ eius aut ne fictio

deciperet animã eius, ecce sicut iustus rapit de hoc mũ-
do, ne diutius uiuẽs peccatis decipiat, ita a iusto ex dei
misericordia auferunt cętera tp̃alia, puta sanitas, tp̃alis
possessio &c̃. ne illis in futurũ in sui perniciẽ abutat, &
per hoc patet q̃d minus peritis respondendũ sit, cum di-
cunt, q̃d fecit iste innocens puer? q̃ deus p̃misit diabolo
ad inuocationẽ maleficorũ illũ ita lędi in cop̃e, q̃ oĩbus
diebus uitę suę claudũ cęcum surdũ &c̃. permanere ne-
cesse est? respondeãt mihi, q̃d fecerũt isti innocentes pu
eri cõpatriotę & coetanei dñi Iesu, q̃ deus ita crudeliter
admisit Herodi eos lacerari? quid innocentes pueri in
sodoma &c̃, cõmiserũt, q̃ per sulphur & ignem de cœlo
missa cõsumpti sunt. Quid deniq; oẽs pueri totius or-
bis male ęgerũt, q̃ diluuio uniuersali singuli perierunt,
nõne dices, innocẽtes ab Herode in utilitatẽ eorũ occisi
sunt? nam si uixissent utiq; secundũ legem tempore pas
sionis dñi ad festum pascale Ierosolimã conuenissent, &
forte cum turba contra dñm clamassent Crucifige cruci
fige, sicq; ad mortem domini coop̃ati fuissent, & cũ cæ-
teris dãnationẽ incidissent, utilius ergo fuit illis modo
p̃ christo mori, & martyrij coronã p̃mereri, q̃ diutius ui
uere & ad christi mortẽ coop̃ari, sicq; eternũ ignem de-
mereri, ita de reliquis dicendum est, si uixissent & ętatẽ
adultã attigissent, forte paternos mores imitati fuissent
unde abominabiles deo effecti, ad eterna supplicia cũ
patribus descendissent, quę euaserunt cum in innocen-
tia, aqua uel igne consumpti fuerunt, posset tamẽ de af-
flictionibus infantium pręter hanc alia assignari causa,
punitio scilicet parẽtum. O quot sunt parentes, proles
suas plus deo diligentes? quot uidentur easdem plus in
turpibus prouerbijs seu cantilenis, plus quam in dei le-
gibus instruere? & cum inepte uel loquuntur uel agunt
plus ridere, quam uirga corrigere, Quot sunt progeni
tores qui a cunabulis pueros suos habitu uestituque

corporis ,plus ad sup̄biam,luxuriamq̄, q̄ humilitatem, ac castitatē educūt,quasi ad hęc uitia nati,a deoq̄ cōces= si sint,misericordit̄ ergo agit̄ a deo cum pueris,cū eos si nit infirmari,& aliqn̄ occidi,ut cū uita tp̄ali finiant̄,& eo rū futura mala q̄ sic educati inciderēt, si in uita & sanita te diutius p̄manerēt , Iustissime aūt cū parētibus ut mœ rorem de hijs cōcipiant,unde deū offendere nō erubu= erūt,sed ne hoc alienū a ỽitate credatis, audite scriptu= ram Exodi.ij.ita dicentē,Ego sum deus fortis,çelotes,ui sitans iniquitatē patrū in filios usq̄ intertiā & quartā ge neratione eorū qui oderūt me, Cōsiderate punitionem Achor,cū em̄ sacrilegij crimen contra deū cōmisisset,ip se iussus fuit lapidari,filij aūt sui & filię,boues & asini cū tabernaculo atq̄ supellectili igne cremari,Iosue.vij.un= de recte sicut ibi proles Achor, quę tn̄ aliena fuit a deli= cto pr̄is,in detestationē paterni crimīs a Iosue fuit occisa quę quidē occisio patri seruiuit in doloris augmētū pro libus uero in utilitatē,q̄a quibusdam ut glosa ibidem in quit,accelerata mors utilis est ita inutilitatē infantiū,pu nitionē uero parentū infantes ip̄i,deo cōcedēte,ad incā tationē maleficorū,p̄ diabolū lędunt̄,uel in corp̄e uel in uita. Decimo admittit̄ satanę ut lędat ad inuocationē maleficoꝝ hoīes etiā īnocētes, ad maiorē glorię dei ma nifestationē,Cum em̄ omīpotēs deus aliqn̄ diabolo ma gna cōcedit op̄ari, sępe interdicit seu p̄hibet sibi facere minora ut p̄ hoc euident̄ cognoscat̄ q̄ ipse oīno diuinę sit subiectus maiestati,q̄q̄ de se prorsus sit infirmus,ni= hilq̄ possit licet multa uelit,nisi deo potestatē dante, sic Exo.vij.&.viij.c.cōcessit dęmōi adinuocationē magorū facere serpētes,ranas,& aquā in sanguinē mutare,Non aūt de terra educere mīutissimas muscas, q̄d prioribus factis multo facilius fuit,ut certissimū sit dęmonē nil pos se efficere,nisi deo annuēte. Vn̄ & magi magna faciētes in minīa aūt deficiētes,cōfessi sunt hoc ex dei nolitione

accidisse, cũ em̃ muscas nõ potuerũt ꝓducere, dixerunt digitus dei est hic. q. d. ꝙ maiora fecimus, in minoribus aũt deficius, ex dei potestate ẽ, sine qua nec in illa nec in alia possumus. Ex hac causa, maior licentia data fuit dę= monibus, ut tp̃e dñicę incarnatiõis, plures corporaliter possiderẽt hoĩes, cũ em̃ per dñm potestatiue & imꝑatiẽ cõtra eorundẽ uoluntatẽ abhoĩbus eiecti fuere cunctis, potestas dñi in om̃es dęmones claruit. Sic teste dño Io= annis. ix. Cęcus nec ex culpa parentũ nec ꝓpria a natiui tate cęcus natus fuit, sed ut manifestaret̃ gloria dñi in ip sius potenti & celeri illuminatiõe, sic admisit Herodi ut Petrum in carcerẽ mitteret, custodibus eum uallaret un diqꝫ. act. xij. Et paulũ atqꝫ Sylã in macedonia cõcessit uin culari, act. xvi. ut ex gloriosa eorundem liberatione om nibus clarescceret dei ꝟtus atqꝫ potestas in suos famulos quodqꝫ nulla alia potestas contra diuinã posset insurge re, ita adhuc hodie admittit̃ diabolo ut adinuocatiõem maleficorũ lędat homines ut cum maleficiati sic per su= as cęterorũqꝫ oratiões, ieiunia, aliaqꝫ licita remedia a ma leficijs redimãtur, manifesta fiat dei potestas atqꝫ sancto rum authoritas, super dęmõia & om̃ia eorundẽ machi= namenta, & tantum de causis.

Ostensio q̃d nec diabolus nec homo nec ulla alia cre= atura, in lęsionẽ hoĩs possit, nisi deo uolẽte. declaratoqꝫ ꝙ media q̃ malefici assumũt ad quosdã effectus produ= cendos, non causant huiusmodi effectus, sed diabolus ex cõcessione diuina tales operatur, ubi & ostensum fu it, quomodo tales faciat aliquando uere, aliq̃n uero solũ apparenter, Assignatis etiam decem causis, cur om̃ipo= tens deus licentiã det diabolo sic lędendi homĩes in cor pore uita uł rebus, adinuocationẽ maleficorũ, superest nunc uidere de remedijs maleficiatoꝝ, de quibus dicẽ= dum per aliquas propositiones seu conclusiones.

Prima cõclusio, nullo christião maleficiato, licet quę=

rere a maleficis liberatione̅,p̃ alia maleficia,hęc co̅clusio
ↄtra illos ponit̃,q cu̅ furto aliq̃d amiseru̅t co̅sulu̅t ica̅tato
res ut p maleficia sua reaccipia̅t,Co̅tra illos q̊q;, q lęsi in
corpe uocant maleficos,ut p carminatio̅es aliasq; inca̅ta
tio̅es suas,ab infirmitate eruant̃.Et breuiter co̅tra oe̅s q
pro certis co̅sequendis effectibus,ut mutatione locoru̅
uindicta infere̅da,uoluptate obtine̅da, diuitijsq; collige̅
dis,inca̅tatoru̅ medijs(de qbus supradictu̅)utuntur.Hij
em̅ oe̅s pro eo q effectus optati no̅ ab illis medijs, sed a
diabolo causant̃,talia media ingrendo & assume̅do,aut
maleficos inuoca̅do , q̃d aliud faciunt,q̃ q effectus desi
deratos a diabolo ipso uolu̅t co̅sequi Qua̅ta ineptia ue=
riusq; deme̅tia sit christiano, ex tribus co̅ijci po̅t, Ex pte
scilicet dei,hoi̅s & diaboli,ex parte dei, qa çelosus est ,si
cut ait Exo.xx.Ego su̅ dn̅s deus tuus fortis zelotes.& lo
quitur dn̅s in similitudine̅ uiri zelotipi. Sicut enim talis
qa nimis amat uxore̅,ideo no̅ patit̃ ipsam aliu̅ accedere,
no̅ loqui,no̅ uidere,no̅ tangi , nec quicq̃ cu̅ alio agere,p
quod modica dicit̃ occasio adultera̅di , sic deus no̅ uult
pati ut ho̅;ad aliu̅ q̃ ad ipsum recurrat,p̃sertim in hijs q̃
ingeniu̅ humanu̅ & naturę facultate̅ excedu̅t &in signu̅
illius tot ꝓhibitiones fecit scilicet Exo.xxij.le.xix.&.xx.
ut sup̃ patuit, & Deu.xviij.ait Moyses ex dn̅i co̅missio̅e,
qn̅ ingressus fueris terra̅ q̃ dn̅s deus tuus dabit tibi, ca=
ue ne imitari uelis aboi̅atione̅ gentiu̅,nec inueniat̃ in te
q lustret filiu̅ suu̅ aut filia̅ ducens p igne̅ aut hariolos scis
sitet̃ , & obseruet somnia aut auguria , ne sit maleficus.
nec inca̅tator,neq; phyto̅es co̅sulat , nec diui̅os & q̃rat a
mortuis ꝟitate̅,Oia em̅ hęc abomi̅at̃ dn̅s , & ꝓ istiusmo̅i
scelere delebit eos in introitu tuo,& post pauca, gentes
istę quaꝝ possidebis terra̅, augures & diuinos audiunt
tu au̅t a dn̅o deo tuo alit̃ institutus es.vn̅ Isaię.xxx. Eter
nu̅ ue imp̃catus fuit dn̅s iudęis qui ꝓ auxilio & consilio
iuerunt in ęgiptu̅,eo spreto,eoq; no̅ iterrogato, ęgiptus

interpretatur tenebrę,descendũt ergo in ęgiptũ, q̃ a re-
ctore tenebrarũ quęrũt doceri uel auxiliũ Sic.iiij.Regũ
i.cũ rex Ochoçias infirmus misit nuncios ad beelçebub
consulendũ,dixit noie dñi ad eundẽ ꝓphetã Nunqd nõ
erat deus in Israel a quo possis quęrere sermonẽ ut con
sulat̃ beelçebub deus accaron, Iccirco de lumbo quẽ as
cendisti nõ descendes,sed morte morieris, & in signum
tales qui eũ reliquerũt & Idola accesserunt cõparauit p
Ieremiã,Ezechielẽ,Oseã,adulteris ad ostendẽdũ q̃ sicut
maxĩe displicet marito adulteriũ uxoris,ita hmõi flagi-
tiũ deo,Exparte em̃ dei,onĩo nõ licet christiano auxiliũ,
iuuamẽ,obsequiumq̃ a phythonissis incantatoribus &
ita per illos pfidos a diabolo quęrere. Expte uero hoĩs
nõ licet,q̃a em̃ christiani sumus,q̃a baptisati sumus,iccir
co diffisi sumus diabolo & renũciauimus om̃ibus pom
pis eius & opibus & ppetuã inimiciciã sibi non deo ĩdix
imus,q̃d si eũ accedimus eius auxilia ĩuocamus ꝓmissa
frangĩus,cõtra sanctitatẽ baptismalẽ agimus,& sicut fu
gitiui,ꝓditores & ĩfideles iurato accusari possumus,ta-
lesq̃ cõuinci,q̃ de dñi auxilio diffidamus . Hęc est mens
Augustini,& habet̃.xxvi.q.vij.in.c.Non obseruetis ubi
postq̃ uarias spẽs supsticionũ noĩauit subdit, qui has &
quascumq̃ diuinationũ spẽs aut fata aut auguria obser
uat aut attẽdit aut cõsentit obseruãtibus aut talibus cre
dit,aut ĩ domũ eoꝝ uadit aut in domũ suã introducit ut
ĩterroget, sciat se fidẽ christia nã & baptismũ p̃uaricasse
paganũ & apostatã idest retro abeuntẽ,& irã dei grauit̃
incurrere nisi eccl̃iastica pœnitẽtia emẽdatus deo recõ-
cilieť ꝓpterea ait apl'us.i.Cor.x.Nolo uos esse socios dę
moniorũ.Et.i.Cor.vi.quę societas lucis ad tenebras aut
quę participatio christi ad Belial ? ex parte ergo nostra
omnino non cõuenit nobis iuuamẽ ul' cõsiliũ ab incanta
toribus petere,q̃a hoc est petere a diabolo.Expte diabo
li,Quis sapiens consilium & iuuamẽab eo petit,quẽ scit
fraudulẽtũ & mendacẽ,talis est diabolus,ipe est aduer-

sarius nr̄.ideo dicit̄ satan quod interpretat̄ aduersarius Matth.iiij.Inimicus nr̄ qui cupit nos perdere in corpe & aīa,ideo dicit̄ diabolus q̄i duobus bolis nos mordēs, & iō etiā homicida ab inicio dr̄.Ioannis.viij.qa primos parentes ab inicio occidit,& in corpe & aīa, ipse sūme inuidus, qa eius inuidia mors corpis & aīę intrauit in orbē terrarū,Sapiētię.ij.Et adhuc hodie nullū aliud est desideriū ut inqt Bernardus in sermōe de.orōe., nullum studiū,nullū negociū q̄ effūdere sanguinē aīarū nr̄arū, ipse est deceptor,q cū tpalia bn̄ficia deo cōcedente,p̄stat, nō ob aliud facit nisi ut decipiat, ipse est mēdax & pr̄ mēdacij ab initio in ṽitate nō stetit Ioānis. viij. Et breuiter obstinatus est in malicia & fraude, ita q bonam uoluntatē ad nos hr̄e non pōt.ideo nunq̄ docere,sed semp seducere,nunq̄ iuuare,sed semp perimere paratus est,nūq̄ prodesse sed semp nocere desiderat,vnde si aliqn̄ uera dicit aut fidē pacti seruat,aut se iuuare simulat,oīa ficte & decipiendi aīo agit,ut hoīes inducat adcredendū,accedendū & adhęrendū sibi q̄tenus eos secū ducat ad eternam mortē,in cuius rei testimoniū cū dęmon uera dixit. Lu. iiij.Increpat eum dn̄s dicēs,obmutesce,q̄d fecit secundū Athanasiū,ne simul falsa cū ueris misceret,& nos doceret nō credere sibi,neq̄ audire eū,etiā si uera diceret,qa ergo dęmō ipse in oībus est aduersarius nr̄,considerate q̄nta obstinatio,q̄nta stulticia,quāta auersio a deo & salute ,ppria,cōsiliū,auxiliū & iuuamē ab ipso petere, qui hoīs est capitalis inimicus, crudelis homicida, inuidus, mendax,infidelis,& nequissimus, Quātus casus a christiana religiōe se spōte assignare tali, & cū eo cōmertia habere,,ppter quod ne fieret filius patris de cœlo descēdit & mortem crucis perpessus est,quanta dementia illi adhęrere,ab illo auxilium petere, qui nihil boni facit nihil ueri dicit, nisi ut perimat, propter q̄d Gregori. dicit quito moraliū, cōsētiētibus leo ē,resistētibus formica ē

Et ex illo patet quã reprehensibiles sint potestates secu lares & alij quicumq;, qui exemplo Herodis maleficos sollicitant, seu precibus aliquando inducunt, ut maleficijs suis in medium producãt pruinam niuẽ exercitum magnum & cõsimilia. Hec enim nõ nisi operatione diaboli fiunt, ideoq; hec petere a maleficis indirecte est petere a diabolo, cũ q̃ christianus nullũ cõmertiũ habere dẽt, & p hoc patet q̃ remedia cõtra maleficia sint illicita.

Secunda conclusio, ut christianus utatur aliquo tãq; remedio licito, septem cõditiones requirũtur in illo. Prima ut illud quo uti desiderat non sit ab ecclesia prohibitum. Nam quãtumcũq; aliquid boni speciem habeat unde ad dei aut sanctorũ laudem sit referibile, si tamen ecclesia illud prohibet, nemo catholicus illo uti debet. Cuius ratio est quia deo placet plus obediẽtia quã uictima ut dicitur. i. Regũ. xv. & Saul. ut dicitur. i. Regũ. xiij. qui contra prohibitionẽ Samuelis prophete in holocaustũ obtulit, propter hoc & alias inobedientie causas regno priuatus fuit, Vnde & Gregorius ut habet. xi. q. iij. qd ergo inquit, Tantum est obedientie bonum, q licet ppt illud nulla sint cõmittenda mala, tñ ppt ipsum omittẽda sunt bona sub precepto non cadentia, & propter hoc ut supra dictum est, maleficiatis nõ licet in curationẽ suam uti alijs maleficijs, quia omnia maleficia ab ecclesia sunt prohibita, sicut & a deo, prout supra patuit.

Secunda q istud quod quis pro remedio uti uult, nõ habeat speciem mali etiam si in se non sit malum, putaq non descenderit ex ritu Iudeorũ, aut gentiliũ, uel q pxi mis pusillis nõ ingerat scandalum, In talibus em casibus omittendũ est, secundũ apostoli preceptum. i. ad thessa. v. ab oĩ specie mali abstinete uos. Ex illa causa multa q̃ de se non fuerunt illicita, prohibita fuerunt iudeis in ueteri testamento, quia scilicet gentiles illis usi fuerunt cũ Idolis sacrificia offerebant, ut habetur Leui. xi.

Tertia ꝙ illud quod pro cura assumitur, rationabilit in dei laudē possit ordinari, Nam illa quę ad dei atq̃ san ctorum laudem & uenerationem ordinari nō possunt. queadmodū illa sunt, quę non sunt ꝓtestatiua aut decla ratiua alicuius diuinę ꝑfectionis, sicut est prius calciare dextrum quā sinistrū, aut exeundo domum non calca re limen & similia tanq̃ uana a christiano relinquenda sunt, Vanum enim est quod ratione caret & effectu ait Gersō capitulo. xxvij. de directione cordis. Quarta ꝙ in isto remedio nihil proferatur scribatur aut exhibeat quod pertineat ad inuocationem dęmonum Nam si q̃d tale exhibetur illicitum est ut supra patuit, quę enim cō uentio christi ad belial: ait apostolus. Quinta si uerba uel scripta sumūtur, oportet ut in illis nihil falsitatis cōti neatur, quia si inibi aliquid falsi īmixtum, a deo qui deus ueritatis est, & qui testis falsitatis esse non potest, nō de bet expectari aliquis liberationis effectus, sed potius a diabolo qui mendax est & pater mendatij, ut dicit Io annis. viij. Sexta ut uerbis sacris aut factis, non adiun gantur aliqua uana, sicut uerba ignota aut characteres seu figurę, ad dei reuerentiā nō pertinentia, quod dicit propter excludere signū crucis. Vn̄ in. c. nō liceat. xxvi. q. v. dicitur, nec in collectionibus herbarū quę medici nales sunt, aliquas obseruatiōes aut incantationes lice at attēdere, nisi tantū cū simbolo diuino & orone dn̄ica, ut tm̄ creator oīm deus honoret. Septima est ut hu iusmodi effectus seu liberatio a malefitio quesita, ꝑ ora tiōes cerimōias, aut alia adhibita, a solo deo expectetur nec respectus ad aliud habeat, nec spes in tali dicto uel facto ponat, q̄d dei uel sanctorū reuerentiā nō cōcernit Exempli gratia, non ponatur spes in modo proferendi puta sine titubatione, aut in tp̄e loco uerbis membranis aut materia scripturę, aut ī rithmis, characteribus, in ge stibus aut habitudine ꝓferentis, nisi quatenus illa ratio

nabiliter ad dei sanctorūq laudem reuerētiam atq ho-
norem referri possunt. vnde si orās, exorcisans, aut bre-
uia portās, si putat illa uerba magis efficatia, qa rithma
matica, aut in tali numero dicta nō maiore uel minore,
uel pręcise sic sine additione & diminutiōe dicta, aut de
tali materia puta auro uel rubro aut nigro scripta, ul' ad
talem materiam scilcet pgamenū uirgineum uel aliā p
tracta, uel submissa tota uel euāgelio aut eleuatiōe scri-
pta audita uel incorporata. Sic si quis putat remedia ali
qua talia plus efficatia, si in ortu solis ul' ante q post, aut
si uerso uultu ad septentrionem quam ad Austrum uel
meridiem, aut ī cellario plus quā domo aut plus sub ar-
bore quā diuo, uel magis efficatia in biuio quā campo,
aut si susurrata quā expresse & intelligibiliter dicta, aut
plus sedendo, quam stando prolata, aut si portet̄ in col-
lo aut lumbasio plus quam in sinu, superstitiosus est, illę
enim obseruantiæ & consimiles nec ad rem nec ad dei
aut sanctorū laudem pertinent, ideoq sicut stulte ita &
uane illis admiscentur, per quę a deo solo liberationis
effectus expectatur. Verūtamen si in huiusmodi reme
dijs sint orationes exorcismi aut alia non prohibita, nec
speciem mali habentia, illę assumantur obseruantię quę
sanctorum atq dei laudem respiciunt non reprobandę
sunt, ut cum orando credis hanc tuam orationem plus
exaudiendam pro impetrando aliquo suffragio q aliā
consimilem sensum habentem, & hoc ideo credis, quia
hęc oratio quā assumis est a christo instituta ut pater no
ster, uel ab angelo pronūciata ut salutatio angelica, aut
apostolis composita, ut simbolum, uel a patribus sicut
orōnes pphetarū, aut a sanctis & ab ecclesia catholica si
cut horę canonice, uigilię mortuorum & cętera publice in
eccl'ia ordinata, uel qa est specialibus priuilegijs īdulgē
tiarū dotata, non phibeo talem orationem pre alijs assu
mendam, aut credere plus alijs esse impetraturam, quia

qui huiusmodi orationes christi, sanctorum uel ecclesię preceteris ideo assumit, quia ab ipsis īstitutę, in hoc specialem deo & sanctis honorē, ideo non mirum si plus tales orationes q̄ alias orando exaudiātur a deo Vnde in talibus orōnibus dicere potest orans deo uel sanctis, cū propheta psalmo.vij. Exurge domīe in pręcepto quod mandasti. Sic nō ab re est, si quis credat suam oratiōem plus efficacem & impetratoriā cum eam effundit ad deum in loco consecrato, ecclesia scilicet uel coram uenerabili sacramento aut coram altari in honorem illius ul' alterius sancti consecrati, quia de Salomōis tēplo quod figura nostri templi fuit, ait dominus.iij.Regū.ix.Erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus, sic si credit eā plus efficacem, quia fit cum humili genu flexione. Exēplo apostoli ad Ephe.iij.orantis sic & dicentis flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu christi &c. uel q̄a ante cętera opera fit primo mane secundum consilium domini. Matth.vi. Primum quęrite regnum dei & iusticiam dei, ul' quia orat cum cœtu & congregatiōe ecclesię secundum illud. Matth.xviij. ubi duo uel tres cōgregati sunt in nomine meo, ibi in medio eorum sum, haud dubium quin exaudiendā, ul' quia orat in die festo, propterea ad uacandū orationi ab ecclesia instituto, uel q̄a ieiunus facit & sobrius orat, vnde plus attētus & recollectus, propter q̄d & eucharistia uenerabilis ieiunis datur. In his enim omnibus & cōsimilibus, spes non in uerbis, rebus, obseruantijs, sed in deo & sanctis, ecclesięq̄ orationibus figitur, ad quorum reuerētiam uel humilē obedientiam hęc aguntur, imo in solo deo, quia reuerētia sanctis exhibita, in deum redundat, nec aliud in sanctis, quā deum reueremur atq̄ laudamus. Sic sentire uidetur beatus thomas secunda secundę.q.lvi. ar.ij. Nam ita dicit ibidem, p̄ferre diuina uerba aut inuocare nomē diuinū, si respectus habeatur ad solam reuerentiam di-

uinam a quo expectatur effectus licitum erit. Notanter autem pensandum est quod dixi, ut scilicet a solo deo liberationis effectus expectetur, Non enim credendum est ꝙ uerba prolata, uel aqua benedicta, cereus ardens & similia inducant sanitatē, fugatis dęmonibus, sed solus deus per oratiōem, uerba & alia inuocatus, fugat dęmōia. Ideo a solo deo expectādus effectus est ille liberatiōis per talia media nō ꝓhibita, nec mali speciē habētia & in eius laudem gloriamq; ordinata, ab ipso quęsitus. Recte enim sicut ambulans, habens signum regis, liber est abhostibus, non quia signum quod defert, securitatem pręstet aut hostes fuget, sed potentia regis, hanc securitatem reddit ita hmōi licita media non sua uirtute fugant dęmones & abeisdem liberant, sed dei omnipotens uirtus quę per talia media ueneratur atq; colit̄, fugat & liberat, a maleficijs prout pulchre diffinit Vuilhelmus parisiensis, in de fide & legibus, & tantum de remedijs in generali.

Ex illis tanq; fundamento cōmuni, plura nunc possūt contra maleficia colligi remedia specialia, inter quę primum est ut maleficiatus seu incantatus ueram assumat pœnitētiam, contritionē habeat sincerā de peccatis, puram de eisdem faciat cōfessionem ac sese in satisfactiōis operibus, puta oratione, elemosinis & ieiunijs cęterisq; bonis actiōibus exerceat. Recte enim sicut in corporali infirmitate ut abijciatur, primam huius infirmitatis causam expellere necesse est, Egritudinis enim causa reiecta, simul eijciet̄ & egritudo ipsa, ita in ꝓposito si homo (sicut sępissime fit) propter peccata sua a deo misericorditer datur in manus diaboli, uel mali hominis aut alterius creaturę, ut eum lędat in corpore uel rebus, quatenus huiusmodi lęsionibus tanq; flagellis agatur a malis ad bona recognoscatq; se contra deū aliqn̄ male ęgisse, qui nunc ab eo exposcat satisfactionē mō supra dicto

Si a talibus flagellis liberari cupit, in primis amoueat illorũ flagellorũ causam idest peccatũ, amoueat inq̃ corde pœnitendo, ore cõfitendo, opereq̃ satisfaciẽdo, Causa em̃ illa amota, amouebũtur & flagella ipsa. Hanc medicinam dedit dñs ip̃e Matth.ix. cum paralitico ad eum ducto dixit Confide fili remittũtur tibi peccata tua. q. d. Infirmitas hęc corporalis est propter infirmitatẽ animę idest ꝓpter peccata tua. ego autem nunc remitto tibi peccata hęc, confide ergo, quia causa infirmitatis expulsa, statim sanitatẽ cõsequeris. Huiusmodi remediũ omnes prophetę Iudęos docuerunt, cum ipsos famę, peste, uel gladio a domino ꝑcussos, ad pœnitentiã uitęq̃ emẽdationẽ induxerunt prout clare patet discurrendo ꝑ totum biblię textum, Tangitur & hęc contra maleficia cura in. c. si per sortiarias. xxxiiij. q. i. ubi ita dicitur, hortandi sunt quibus ista eueniunt, ut corde contrito & spiritu humiliato deo & sacerdoti de om̃ibus peccatis suis, puram cõfessionem faciant ꝓfusis lacrimis & largioribus elemosinis & orationibus atq̃ ieiunijs dño satisfaciant. Secundum remediũ ꝓut innuitur in dicto. c. si per sortiarias, est assumere exorcismos, & cetera sacramentalia, quę ad effugãdos dęmones ab eccl'ia instinctu spiritus sancti instituta sunt, inter q̃ primũ est aqua benedicta, q̃ ad hunc finem diebus consecratur dñicis, de hac ut bonam habeatis informationẽ sciatisq̃ ad quid & quomodo hac uti debeatis, inprimis considerandũ uobis est, ꝙ ex quo primus homo creatus fuit, ut deo secundũ omnes uires suas subesset atq̃ seruiret, propter quod & totus mundus in sui seruitutem sibi datus est, cum deo inobdiens fuit, iuste a deo derelictus fuit sicq̃ in potestate diaboli relictus, non solum quo ad se, sed etiam quo ad omnia quę in usum hominis ueniunt in ipsius nocumẽtum, ut uult. b. Thomas in. iiij. di. vi. q. ultima. In cuius signum quia nulla est conuentio christi ad belial, ut dicit

Apostolus.ij.Cor.vi.qnando cūq; aliquid sanctificandū est ad cultum diuinū,prius exorcisatur,ut liberatū a potestate diaboli, qua illud in nocumentū homini assumere poterat,deo cōsecretur,ut patet in benedictiōe aquę salis,palmarū,fontis,templi,similiter & hominis baptisandi & cęterorū,quia aūt diabolus conat̄ nocere homini quadrūpliciter in genere, Nititur em̄ primo hominē impedire in salute sua & hoc malis suggestiōibus,fantasticis & uarijs illusionibus & spiritualibus tentatiōibus ut peccatis irretiat.Secundo peccatoꝝ uinculis quibus tenet p se illaqueatos, Tertio nititur tpalier nocere homini corpalibus ęgritudinibus, Et quarto sterilitatibus rerum externarū uictui ac,ppagatiōi necessariarū.Ideo contra has dęmonis malicias,inter alia plura remedia,q̄ dominus(misertus humanę infirmitati potestati diabolicę traditę & iustissime relictę)misericorditer contulit. Etiā aquam benedictā ī ecclesia sua esse disposuit ut sua aspersiōe a corporibus,locis,rebus aspersis,diabolus cū omnibus suis nequitia,insidijs,illusionibus ac uexatiōe fugetur,quo ad primum, peccatorū pręsertim uenialiū remissio daretur,illa enim homo nō omnino cauere potest insidiante diabolo.Secus de mortalibus & iō mortalia fortiorem exigunt medicinā, infirmitates enim corporales & aeris infectio illum inducentes, quatenus diaboli machinatione inductę sunt curentur, quo ad tertium,& sterilitas tam prolis quā terrę nascentium longius propellatur.Ex quibus sequitur congrua dispositio, purgatio, & sanctificatio ad dei cultum & sacramentorum susceptionē,quo ad duo prima,& tranquillitas corporis atq; fœcunditas tam rerum q̄ prolis quo ad ultimaduo, Vn̄ etiam patet q̄ cōtra incantationes & maleficia diaboli plurimum ualet aspersio aquę benedictę. Quod hęc omnia ita sint patet ex decreto Alexandri papę & orōne eccl'ę,quā facit in benedictiōe illius aquę

Nã alexãder papa quĩtus a beato Petro ĩstitutus, qui se dit anno domini. lxxxiij. ita ait ut habetur de cõse. di. iij. in. c. aquã. Aquam sale aspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificent͂, & purificentur, quod & omnibus socerdotibus faciẽdum esse mandamus, Nam si cinis uituli aspersus, populũ sanctificabat atq; munda bat, silicet a ueialibus scd'm glo. Leui. xix. Multo magis aqua sale aspersa diuinisq; precibus sacrata populũ san ctificat atq; mundat scilicet a uenialibus, cum scilicet su mitur tali intentione ut sibi remittant͂ talia uenialia pec cata, secundum Petrum de palu. in. iiij. di. xvi. q. i. sequi= tur. Et si sale aspersa per heliseũ, ut habetur. iiij. Regũ, ij. sterilitas aquę sanata est, quãto magis diuinis precibus sacratus, sal sterilitatẽ aufert rerum humanarũ, & coin= quinatos sanctificat & purgat, & cętera bona multipli= cat & insidias diaboli auertit & a fantasmatis uersutijs homĩes defendit. Ecce expresse utilitas aquę benedictę in mundãdo a uenialibus in ablatiõe sterilitatis rerũ hu manarũ, auersione insidiarũ diaboli & multiplicatione cęterorũ bonorum. Ad idem est oratio eccl'ię in benedi ctione illius aquę, Sic enim orat ecclesia. Deus qui ad sa lutem humani generis, maxĩa quęq; sacramẽta in aqua rum substantia cõdidisti, adesto propitius inuocationi= bus nostris, & elemento huic multimodis purificationi bus p̃parato, uirtutẽ tuę benedictionis infunde, ut crea tura mysterijs tuis seruiẽs, ad abijciendos dęmões mor bosq; pellendos diuinę gratię sumãt effectum, ut quic= quid in domibus uel in locis fidelium hęc unda resperse rit, careat omni immũdicia liberetur a noxia, non illic re sideat spiritus pestilens, nõ aura corrumpens, descẽdãt omnes insidię latentis inimici, & si quid est quod aut in columitati inhabitantiũ inuidet aut quietẽ aspersõe hu ius aquę effugiat ut salubritas per inuocationem sancti nominis tui expetita, ab oĩbus sit ĩpugnatiõibus defen

ſa.Et in alia oratione ſuper aquam &ſal cõmixta dicitur Te ſupplices deprecamur ut hãc creaturã ſalis & aquæ dignanter accipias, benignus illuſtres,pietatis tuę more ſanctifices ut ubicumq́ fuerit aſperſa per inuocationem ſancti nominis tui, omnis ĩfeſtatio ĩmundi ſpiritus abijciatur,terrorq́ uenenoſi ſerpentis procul pellatur, & pręſentia ſancti ſpiritus nobis tuam miſericordiã paſcentibus ubiq́ adeſſe dignetur. Ecce quid petit a ſponſo ſuo deo ſancta eccleſia in benedictiõe huius aquę.Ex illo patet expreſſe, Primo ꝙ aqua bñdicta & cętera ab eccleſia inſtituta,nõ ſunt ab eccleſia cõtemnẽda,licet nõ ſint ſacramẽta, nec habeant efficaciã ex opere operato, quia effectum habent nõ ſolum ex merito & fide utẽtis ſed eccleſię totius. Vnde ſicut nõ eſt paruipendenda fides,meritum,& oratio totius eccleſię, ſic nec ab ea inſtituta.& quanto plus ualet meritum & fides totius eccleſię quã unius perſonę, tanto cerimonię uniuerſalis eccleſię pręcellunt deuotionem ſingulorum, Mens eſt Petri de palu.in.iiij.di.ij.q.i.ar.ij. Patet ſecundo ꝙ utile eſt chriſtianũ eſt,& intentiõe eccleſię conſonũ, frequenter aſpergere aqua benedicta,ne dum homines & corporiſ membra,ſed & habitacula,cubilia,lectos & huiuſmodi imo cibos & indumenta &uniuerſa homini ſeruiẽtia,ut ſicut in hijs omibus homini infeſtus eſt diabolus, ita ab omnibus congruis eccleſię remedijs arceatur,nec mirũ quia ſi propter hoc,iam ſacrata loca aſperguntur,ut eccleſię,cimiteria, altaria, reliqarũ & uenerabilis euchariſtię promptuaria,ut coerceatur malignus, ne impediat deuotionẽ orantium, quanto magis ad eundem finem aſpergenda ſunt habitacula nõ ſacrata. Patet tertio ꝙ fideles non ſunt prohibendi nec repręhendẽdi qui infirma corporis ſui membra tumores uel uulnera, aqua benedicta aſpergunt,uel humectant, pro acquirenda citius ſanitate,diaboli fugatis inſidijs, Similiter qui ſingula

habitationis suę loca usq; ad cellaria ac iumentorū stabula cum iumentis aspergunt, Si enim omnibus hijs insidiatur diaboli malicia, cur nō per ecclesię remedia hec esset fuganda? dum tamem hęc simplici animo fiant nulla superstitione admixta, secus si aliqua superstitio iungeretur, ut q tali tempore ante ortum solis uel post occasum & non aliter aspersio fiat, aut aqua benedicta de caldario sacerdotis, uel cum tali aspersorio, uel tot uicibus fiat, &c̄. Sic non spes in aquam ponatur, quasi ipsa huiusmodi effectus operetur, sed in solum deum & ab ipso expectentur huiusmodi effectus, ad aspersionem aquę, super quam nomine totius ecclesię diuinum nomen est inuocatum, & qui deus per totam ecclesiam ut huiusmodi effectus ipse operetur ad illius aquę aspersionem est exoratus, q q; hęc aspersio fiat ad honorē dei, quia scilicet super ipsam aquam nomine ecclesię diuinū nomen est inuocatum. Verum si quis ad honorem dei quia sanctissimum nomen est super aquam inuocatum omittit aspsionē huius aquę, ad iumenta uel stabulū eorundem, propter fœditatem aut uilitatem illorum, laudandus est cum centurione qui humiliter domini p̄sentiam a domo repulit, & propter istam deuotionem & reuerentiam ad diuinum nomen quantum utile est, tantā consequitur utilitatem, quantum si aspersionem bona intentione etiam alia faceret.

Tertium remediū est uti sale consecrato, ex intentiōe supra dicta, Nam sicut aqua benedicta consecratur & in consecratione eius orat ecclesia, ut sparsi liberentur ab insidijs diaboli, ita ex eadem causa orat in consecratione salis, Sic enim petit, immensam clementiam tuam omnipotens eterne deus humiliter imploramus ut hāc creaturā salis, quā in usum humani generis tribuisti benedicere & sanctificare digneris, ut sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis, ut quicquid ex eo tactū

uel respersum fuerit careat omni immũdicia omniq; im pugnatione spiritualis nequitię, non ex uirtute salis sed ex operatione solius dei cũ salus quęritur ab eo solo, ad cuius honorem sal suo nomine cõsecratum, in usum ab homine sumit, ut per huiusmodi deuotiõis opus, a deo salus corporis & animę petita obtineatur & hoc meritis & precibus totius ecclesię sic fieri ordinantis.

Quartum remediũ est eo fine uti candelis in purificationis festo beatissimę uirginis bñdictis, sic enim in benedictiõe illius cerę orat ecclesia, ut in quibuscũq; locis accensa siue posita fuerit, discedat diabolus & cõtremiscat & fugiat pallidus cũ omnibus ministris suis de habitatiõibus istis, nec p̃sumat amplius inquietare uel illudere seruientibus deo, addens, proinde supplices te domine, ut mittas sanctũ angelum tuum Raphaelem, qui auulsit & repulit a Sara & Thobia dęmonẽ mortiferũ eos infestantem, qui conterat illum & depellat de cũctis habitationibus colentiũ deum, de basilicis de omnibus angulis, de lectulis, de refectorijs, & de uniuersis locis in quibuscũq; deo famulantes habitant & requiescunt, dormiũt aut uigilant, ambulãt, aut cõsistunt, nec ualeat amplius inquietare uel pauorem imittere super illos q̃s sancti chrismatis tui unctiõe fecisti esse munitos, deniq; precatur ecclesia ut omnis plębs quę has candelas in manibus portat ad laudem & honorem dei suęq; matris, per intercessionem sanctissimę marię & per preces omnium sanctorum a deo exaudiatur in precibus suis, hic quoque ab ea omnes tenebrę & cęcitas cordis expellatur, ut in extremo iudicio cum bonis & lucentibus operibus deo occurrant, & ad lumen beatitudinis eternę cum gaudio introducantur, sicut beata uirgo hodie cum lęticia intulit christum dominum, & Simeon cũ gaudio eũdẽ suscepit in manus suas, ecce q̃nta utilitas est in debito usu istarum candelarum, ex hijs

Primo patet stulticia, stultaq; superbia quorũdã elatorũ hominũ has candelas non deferentium, quasi nõ indigeant defensione a dęmonibus, quasi non petant hic a deo illuminari sua grã, & bonis operibus ut sic perueniãt ad fruitionem eterni luminis. Patet secundo, ꝙ non debent prohiberi fideles qui pia intentione huiusmodi accendũt candelas apud puerperas ad honorem dei & benedictę matris suę, quorum nomina sunt super eas inuocata, sicq; sperant ꝙ deus propter istam deuotionem & beata uirgo propter eius reuerentiam in hoc sibi exhibitam, adoptati effectus cõsecutionem assistat, sic ex huiusmodi intentione nõ sunt prohibendi fideles ut cũ huiusmodi candelis domus suas illustrent, dum modo tamen nulla ĩmisceatur superstitiositas ad dei laudẽ prorsus non pertinens.

Quintum remedium est uti ramis palmarum & aliarum arborum intentione supra dicta. Sancta enim sponsa christi ecclesia catholica in benedictiõe huiusmodi ramorum, supplicat, ut quicumq; tales ramos laturi sint in hoc sęculo, tentamina hostis antiqui superent, ut tãq; uictores cum bonis operibus possint comparare apud deum in finali iuditio, Orat etiam omnipotentẽ deũ, ut loca ad quę deportati fuerint, ita sanctificentur ꝙ omĩs iniquitas seu illusio dęmonum abscedat cunctosq; fideles in locis huiusmodi habitantibus dextera dei protegat quos sanguine suo redemit. Vnde patet ꝙ christianum est & consonũ ecclesię intentioni, in cubilibus & in omnibus locis habitabilibus, huismõi ramos collocare honorifice ad laudem & honorem dei, cuius nomen in benedictione eorum inuocatur ad huiusmodi effectus perficiendos. Vnde claret etiam ꝙ nec prohibendi sunt fideles accendere huiusmodi palmas seu ramos tempore tonitruorum, in quibus sępe miscentur insidię diabolorum, maxime cum ad honorem dei hęc fiant.

Sextum remedium est accendere uel aliquid portare de candelis quę circa ignem &cum igne in uigilia pascę consecrantur. Sic enim in benedictione illarum candelarum orat ecclesia ut hoc incensum sit seruis & ancillis dei, munimentum tutelaq; defensionis, nec intret hostis in uiscera eorum nec aditum possit habere uel sedere. Petit etiam ut in quocumq; loco ex huiusmodi incenso aliquid fuerit deportatum, ibi expulsa diabolicę fraudis nequitia, uirtus diuinę maiestatis assistat. Et circa hoc remedium inueni quosdam errasse, qui loco illarum candelarum, utuntur cęreo pascali. Nō enim est ad hoc oratio ecclesię in bene dictiōe illius cęrei, sed ut omnipotens deus in bona pace uelit conseruare suos fideles in lumine suę gratię per futura pascalia festa.

Septimum remedium est uti herbis in die assumptionis beatissimę uirginis, consecratis,. Sic enim orat in benedictione harum ecclesia deum ut omnibus utentibus sint sanitas animę & corporis, nec solum ab hominibus sed & peccatoribus, qui ex hijs gustauerit expellat omnem putredinem, & omne fantasma diaboli & omnem morbum & omnem pestilentiam, & omnem dolorem. Vnde constat q; fideles possunt cum huiusmodi herbis ad honorem beatissimę uirginis marię cōsecratis, fumigare puerperas & consimilia.

Hęc omnia iam dicta remedia non habent efficatiam ex se sed p̄cipue ex institutione & petitiōe ecclesię sponsę christi, cui semper assistit deus, qui eam in suis precibus non repellit, quia spiritu sancto eam regit, Iccirco talibus uti secundum ecclesię ordinationem ne dum licitum est, sed etiam meritorium. Dico secundum ecclesiæ ordinationem, propter excludere superstitiosas obseruantias in usum talium, & ad includendum debitam intentionem, ita scilicet honorandi deum, ecclesiam & sanctos dei modo supradicto.

Octauo & ultimo pro remedio honorabiliter portari aut ad se recipi ea quę ad deum & sanctos suos aliquē ordinem habent, diabolus enim adit omnia quę ordinē habent ad deū, sanctos & hominū salutem, hinc cū impedire ea nō potest fugit, propterea licet ad effugādos dęmones ex deuotiōe & honore ad ea quę dei sunt ul' sanctorū, talia portare aut ad se sumere Sic etenim legimus per contactum sanctarum reliquiarum, aut earundem deosculatiōem, aut deportationē uestium, sudariorum baculorum & omnium quę ad eos dum in terris uixerunt, pertinebant, similiter uisitatione sepulturarum eorum, aliquando homines a dęmonum uexatione liberatos. Sic in euangelio legimus mulierem ex fide & deuotione fimbriam christi tangentem sanatam esse, Et baculus Petri Maternū suscitauit. Semicinctia Pauli & sudaria sanitatem multam contulerunt & dęmones effugarunt. Act.xix. sic legitur de baculo beati Iacobi & eius sudario, De filis cilicij ac straminibus lectuli sancti Martini, sacco sancti Hieronymi, peplo beate Agathę, & epistola saluatoris missa Abagaro regi, nō solum abagarū regem sanauit sed in ciuitate sua edissa hereticos prohibuit, & foris inimicos propulsauit Et epistola beati Martini filiam Arborij pręfecti solo tactu a febribus curauit Sicut etiam per contactum euangelij & aliorum deo dicatorum, ut in legenda Andreę de Nicolao sene liberato ab incontinentia per applicationem euangelij ad pectus suum Ex quo etiam mos est sanctam eucharistiam deferre ad loca incendiorum, Cuius ratio hæc est, quia ad obtinendum quemcunqȝ effectum a deo, siue sit ad salutem corporis, animę, uel rerum, possunt homines illis uti quę ad honorem & reuerentiā dei reduci possūt, per quę diuina perfectio protestatur, sic autem fieri potest de omibus illis quę ad deum uel sanctos suos speci-

alem ordinem habent, Vnde sicut prīcipem honorat ac diligere comprobatur qui in honore habet eius nomē imaginem, uestimentum, literam, seruum, imo canem & illa reuerenter tractat, ita signum dilectiōis est & honorationis, & ita uia meritorię impetrationis multorū effectuum ea honorabiliter assumere, quę aliquo ordīe deum uel sanctos suos respiciunt, Quare licet uti, portare cōtrectare res sacras, & benedictas, cęteraq; deū & sanctos respicientia, dummodo ad diuinę laudis protestationem rationabiliter referantur & pietas est in intentione, seruanturq; conditiones supra in principio recitatę unde sic exorta est quędam obseruātia in quibusdam ecclesijs, q multa contra morbos corporales exhibētur quę ad curandum tales uel pręseruandum ab eis, nullā habēt naturalem efficaciam sed solus effectus a deo speratur, propter merita sanctorum & piam intentionem utentium, Sicut est aqua sancti Antonij contra morbidum ignē, Et potus Ruperti cōtra canes rabidos. Panes Agathę contra incendia, oblationes uiuę factę Valentino contra epilentiam, Aqua sancti Petri martyris contra febres. Candelę sancti Blasij collo circumpositę contra dolorem gutturis. Ventilatio patenę contra oculos contra oculorum cęcitatem. Ablutio calicis infusa infantibus contra dolorem ruminis. Quę omnia, quia uel ad deum aut sanctos pertinent, uel pia intentione ad dei laudem, uel sanctorum referri possunt, cōcurrentibus conditionibus supra dictis assumi possunt, & contra dęmones, uel infirmitates corporales acceptari, dummodo tamen non spes in illa ponatur, sed effectus a solo deo speretur, propter bonum motum utentis in deum, uel propter suffragia sanctorum, quorum nomina & suffragia in benedictionibus sunt inuocata & in quoꝝ reuerētiā assumūt. Sed diceres ex q̄ eccl'ia talia & tam multa instituit pro remedijs contra machinamenta

diaboli, cur fit ut licet multi eis utantur, multi quippe omni die recipiunt aquam benedictam, omni dominica sal consecratum, &c̄, sed tamen pauci experiuntur illos effectus propter quorum cōsecutionem ab ecclesia sūt instituta? Ad solutionem istius scire debetis, ꝙ duplicia in ecclesia sunt remedia contra morbos spirituales & dęmonum infestationes. Quędam sunt sacramenta, sicut baptismus, eucharistia, pœnitentia &c̄, Et talia sunt ita efficacia & certa remedia, ꝙ ad usum ipsorum legitimum sequitur effectus, ꝑpter quem instituta sunt a deo in quocumq; assumente nō ponente obicem, nec in ipō aliqua alia certa requiritur dispositio, sed sufficit ꝙ assumit debita intentione a legitime conferente, & non ponat obicem effectui expectato contrarium, Et talia sunt omnia sacramenta magna novę legis, & talis fuit circūcisio ue. legis. Quicumq; enim debita intentione ea suscipit a legitime conferente, intentiōe scilicet hac per huiusmodi susceptionem uelle consequi ea, propter quę instituta sunt, & non ponit obicem contrarium illi effectui idest non habet actuale propositum uel complacētiam peccati mortalis aut dissensum recipiendi sacramētum, ille semper consequitur gratiam, & sic sanitatē animę, etiam si non habeat interius motum bonum interiorem, sicut declarari potest de infante baptisato. & hęc remedia sic efficacia a deo solo instituta sunt. Alia sunt remedia minora, quę dicuntur sacramentalia quę non sūt ita efficacia, nec ita certa, ꝙ semper sequat̄ effectus propter quem instituta sunt, cum ab hominibus in usum sumuntur, sed requiritur certa dispositio in ministrante uł assumente, secūdū meritū, deuotionem, aut motum bonum interiorem, uel sequitur effectus aliquādo ex mera liberalitate donantis dei absq; pacto de assistendo & operando semper huiusmodi effectum ad assumptionē illorum. De illorū numero sunt exorcismi, orationes &

sacramentalia, & illa remedia quę iam supra dicta sunt, ut aspersio aquę benedictę, contactus reliquiarum, &c. Ista enim omnia sortiuntur effectum, quandoque ex mera liberalitate dei, Sicut ē oratio peccatoris, de quo Gersonem uide in tractatu de oratiōe capitulo. v. Quādoque ex liberalitate dei & dispositione bona & merito suscipientis, sic aspersio aquę benedictę tollit uenialia ex liberalitate dei, & bono motu reuerētię ī deum & ad res diuinas suscipientis illam, ita est de oratione in ecclesia dedicata. De hoc Thomas in iij. parte. q. lxxxvij. ar. iij Et Richardus in. iiij. di. i. q. iiij. Quandoque ex liberalitate dei & merito sanctorum, sicut cum reliquię sanctorum tangūtur, sepulchra eorum uisitantur eaque assumuntur quę aliquem ordinem ad ipsos habent uel habuerūt secundum corpus uel animam, & quę in eorum laudem, atque dei referri possunt, propter eorum suffragia & merita ex liberalitate dei effectus multi sequuntur, sanitas scilicet animę & corporum, expulsio dęmonū, &c, Quādoque ex liberalitate dei, & merito personali sacerdotis qui tanque minister ordinatus ab ecclesia benedicit uel exorcisat. Quādoque ex liberalitate dei & merito & fide totius ecclesię quę hęc instituit & pro consecutione illorum effectuum exorat, Sic aqua benedicta, exorcismi & cętera supra dicta ab ecclesia instituta, magnā habent efficaciam ex merito & fide totius ecclesię instituētis, & deum pro consecutiōe huiusmodi effectuum in utentibus pie exorantis, qui & semper eam ad utilitatem exaudit Nunc ad propositum dicendum, quod nō semper sed raro aliquando sequitur effectus, ad usum istorum sacramētalium & cęterorum quę supra in remedijs dicta sunt, uel primo, quia non est certa dispotio requisita in cōferentibus, suscipientibus, uel utentibus illa quę dicta sunt, Aut secūdo quia illi effectus propter quos instituta sunt hæc remedia, nec sunt utiles ecclesię uel personis. Aut tertio

quia nec necessarij huiusmodi effectus. Sic primo, licet olim multi sani effecti sint ad contactus reliquiarũ, aut in inuentione earundem, licet multi sancti dum uiuerent hic miraculose, plures ab infirmitatibus unica ratione liberauerint, non tamen sic fit hodie, licet enim multi tangãt reliquias sanctorum, osculent̃ & presentes sint illis, non tamen ab infirmitate modo liberãtur, licet multi sint sancti & sancte in terra uiuentes Rarissime tamen nunc miracula operantur, quia nõ est modo necessaria miraculorum operatio, nec congrua. Non necessaria sicut fuit inprincipio ecclesie, tunc enim ut fides cresceret necesse erat ut miraculis nutriretur. Modo autem fides sufficienter radicata est & firmata, ideo rigatione miraculorum non indiget, ut ostendit Gregorius Ome. iiij. & xxix. Nec congrua est modo hec miraculorum operatio, congruit enim ut modo fides nostra habeat meritum, cui continuata miracula non prebent experimentum compleaturq̃ in nobis iam illud ad Thomam dictũ beati qui non uiderunt & crediderunt. Sic secundo. Cũ demonũ infestatio aliquando & sepissime prodest tentatis, infirmitas corporis, paupertas, aduersitas, diffortunium, &c̃. frequentissime prosunt secundum illud psalmiste. p̃s. xiiij. multiplicate sunt infirmitates eorũ postea accelerauerunt. Et iterum, in tribulatione dilatasti mihi Et Ecclesiastici. xxxi. infirmitas grauis sobriam facit animam, Iccirco remedia q̃ dicta sunt, puta exorcismi, aqua benedicta &c̃, nõ semper fugant demonia, eorumq̃ fantasmata atq̃ maleficia, ceteraq̃ corporis aut rerum incõmoda, sed hec in utilitatem hominum etiam assumptis remedijs manent. Sic tertio propter indignitatem orantium sepe non exauditur oratio, Sicut Iacobus ait capitulo. iiij. petitis & non accipitis eo q̃ male petitis, sicut in concupiscentijs uestris insinuatis Sic ob defectum fidei unde idem ait capitulo primo. postulet autem in fide ni

hil dubitans,sic si nõ iuuatur oratio operibus caritatis, & obseruantia legis,Ideo dicitur Prouer.xxviij.qui declinat aurem suam ne audiat legem,oratio eius erit exe crabilis. Et ex his primo patet differentia inter exorcismos &cerimonias ecclesię, & exorcismos & obseruantias incantatorum, quia in primis solum inuocatur nomen diuinum, nec spes aliqua nisi in solum deum ponitur,a quo effectus expectatur,nec admiscet illis aliquid falsum uel uanum ad dei uel sanctorum honorem non pertinens,In cerimonijs autem & exorcismis maleficorum inseruntur uł quę ad inuocationem dęmonum ptinent,uel falsa aut nõ intelligibilia atq̧ uana, spes quoq̧ in alio quã in deo ponit̃,& effectus a diabolo expectat̃. Patet secundo ꝙ huiusmodi remedia ab ecclesia instituta non semper sequitur effectus proter quem ordinata sunt,ita ꝙ non sunt certa remedia habentia efficatiã ex opere operato, sicut sacramẽta nouę legis,Nam si certa essent remedia & ex opere operato efficacia, sicut sacramenta,tunc eis assumptis debite,semper sequeret̃ effectus,sicut fit in sacramentis & sic spargens aquam benedictam debita intentione,semper fugaret dęmões & ita omnes dęmoniaci liberarentur, omnesq̧ maleficiati curarentur,nullumq̧ esset maleficium perpetuum, cuius contrarium constat per dictum.c. si persortiarias & per rei euidentiam.Patet tertio ꝙ errant malefici & incantatores asserentes,quicumq̧ hęc uł illa facit,intellige media supersticiosa,effectum hunc indubie consequet̃ Nã si non est certitudo effectus respectu illorum quę ecclesia uel instituit uel admittit ad consecutionem eius,solis sacramentis exceptis,multo minor erit certitudo illorũ remediorum quę neq̧ etiam instituit neq̧ admittit. Patet quarto error quorundam de certis ieiunijs orationibus,alijsq̧ exercicijs,etiam missis certo numero uel titulo celebratis,asserentium,ꝙ sic uel sic dicens, certitudi

naliter uisitabitur ante mortem, a beata uirgine uel sancta Barbara aut cōmunionem eucharistię consequetur aut infallibiliter ea consequatur quę in talibus postulātur, animas unā uel plures redimant de purgatorio, aut sic dicentes damnari non possint, uel ad supremum angelorum chorum subleuentur, aut certi peccatores tot uel tot conuertantur, quę etiam sub tali titulo mendaciter Apostolis, Gregorio, leoni Papę, uel alijs fide dignis asscribuntur quasi per eos reuelata sint, quod tamē nec ecclesię approbatione nec alio ueridico constat testimonio, imo in multis repugnant ueritati fidei.

Hęc de remedijs licitis sufficiāt, quod si maleficiatus nullo illorum modorum curari potest seu liberari, non assumat aliud maleficium quo tollere laboret, hoc enim esset inniti auxilio diaboli, quod nullo modo christianū decet, ut supra patuit, sed pacienter ferat manum domini, siue secet siue urat uel per angelum malum, uel hominem malum, aut aliam creaturam. Sic enim lucrabitur immensum pondus cœlestis glorię. Quod nobis cōcedere dignetur q regnat deus uerus & sūmus, Amen.

IO.HILTEBRANT AD LECTOREM.

Habes candide lector opusculũ hoc de maleficis pulchrum, utile, acre, sublime, in quo cernis, nõ uenustatẽ, non lucem, non deniq; uerborum mundiciam, sed rem ipsam stilo perquã plano & perinde quasi uulgario, scite subtiliterq; in medium esse productam. Maluit enim doctus ille theologus Martinus Plantsch ipsius illius author, multis & pręcipue sacerdotibus, quam paucis utpote disertis, facilem ostendere uiam, qua possent iners ac errabundum uulgus a uana ista sagarum credulitate auertere. Cęterum nec uncis naribus indulgeas rogo, si forte fortuna errores quosdam pauculos ex literarum ac syllabarum inuersiõe transmutationeue inueneris. Nam huic malo nec nostrum nec hominis est remediũ adhibere, quippe uix fieri potest ut non interueniant huiusmodi labeculę. Neq; uolumus nos ab industria quempiam ita remouere, ne quid ipse quęrat, dũ illi omnia parata quęsitaq; ex officina nostra depromamus. Proinde hoc te non moueat, si cętera non refragantur, sed ęquo aĩo cõmunẽ sortẽ feramus, & offendicula quę effudit librarius, ipse tibi castiga. Nos aliquot infra notauimus, cętera tute depręhendes. Vale.

Folio primo in epistola Henrici Bebelij male ponit͛ uerbum mereri cum diphthongo œ, cum inquit, pricipem locum mereri uisus est

Fo.iij.hanc ueritatẽ clare pdicauerint pro p̃dicauerint

Fo.iiij.si auersio est auerteritis uos &c̃, pro, si auersione auerteritis

Fo.xv. sed hęc esse laqueos & insidię antiqui hostis, p insidias

Fo.xxiij.ut palam fuit an diligatis eum, pro palam fiat

In plerisq; locis poenitet,poenitẽs,poena,male sine diph-
thongo ponuntur
In quibusdam locis nomen diabolus male scribitur sic
dyabolus,nam grecum est διαβολοσ diabolus
Fo.xxxv.In minima deficientes,pro minimo
Fo.xxxvi.ostensio q nec diabolus,pro ostenso
Vbiq; nomen Elemosina pentasyllabum ponit, cũ ita
scribendum sit eleemosyna,quod greca literatura ostẽ-
dit hoc modo ελεημοσινη latinis literis eleemosyna, neq;
illud contemnendũ esse scias bone lector Nam grecorũ
authoritatem in omnibus pene sequi solemus teste Pri
sciano uolumine primo & item.xiiij.
Fo.xxxix.quia rithmamatica pro rithmatica
Peripsema reperies,caue ne legas peripsima,queadmo
dum imperiti In epistolis Pauli. i.ad Cor. iiij.legunt, ex
greca enim lingua emanauit περιψημα peripsema.
Phytonissa ubiq; positum est & id arbitratu meo minus
bene,Mallem ego(si mihi liceret sententiam meam ĩter
ponere)pythonissas appellare,quas permulti phytonis
sas uocant.Nam a pythone uidetur esse deductũ, quod
grece scribitur πυθων python Inde pythia apollinis lau
des dicunt.

Phorce in ædibus Thome Anshelmi impẽsisq;
Sigismundi Stir ciuis Heilprunnensis Anno
septimo supra. M.&. D. post christi natalem
mense Ianuario.